Vulnera procul dubio post horas xxjv. perinde unita reperiuntur, ac si nihil accidisset mali & hoc valet pro multis Balsamis, quos describere frustra possem.

Ad Gangrenas, & Sphacelum.

Ex Benevolo.

Si Gangræna oriatur in febre maligna, observatur ab Authore, per continuam aquæ comm. tepidæ fomentationem mirum in modum filli, separari, & sanari, etiamque si ex alia causa ortum habeat.

Ex

Ex Maetio.

℞. Aquæ Cyathos ꝑv.

Bulliant in vase æneo; deinde adde Calcis vivæ fonantis drachm. x.
Filtrato liquore, adde tantum Vitrioli, ut cærulescat. Vel

℞. Aquæ superius descriptæ lib. j.

Mercurii sublimati corros. ℥. ꝑ. scrup. j.

quam luteo colore tingit Mercurius sublimatus:

Ufus est in ambustionibus, in gelu tact. s. Gangrænis, Erysipelatibus, sæpe in die validis linteis applicanda, præsertim si imprægnata fuerint lintea Saccharo Saturni, ita ut læctis formam liquor acquirat. Insuper aqua conducit quæ ad ulcera inveterata mundificanda.

Ad Gangrænas vincendas.

℞. Aluminis uncias ꝑv.

Salis Ammoniaci uncias ij.

Aquæ Calcis lib. ꝑv.

Hæc simul bulliant in æneo vase ad tertiæ partis consumptionem: filtretur per chartam bibulam, serveturque ad usum. Detergit, exsiccatur, vulneraria est; & summpere Gangræne resistit.

Ex Boerhaavio.

Solutio Argenti purissimi, quæ debet esse pellucida, & excolor, si Argentum fuerit purum, & sincerum; alias, si solutio viridescit, æris quid habet, nec valet ad sequentia. Solutionis igitur Argenti purissimi in Spiritu Nitri factæ guttula applicata parti quicunque molli, & calidæ hominis, unico momento excurrit, & consumit; unde callosa, dura, ulcerosa labia uno actu exedit, semiputrida separat, stigmata, maculas, verrucas, minimos Cancros ocysime extirpat. Dilui potest hæc solutio sine perturbatione, & sine præcipitatione. Aquæ hæc diluta summum est detergens; sed cutem actu sædat macula nigra indelebili, nisi epidermis iterum successerit.

Bellostii.

℞. Spiritus Nitri, vel Aquæ fortis partes ij.

Argenti vivi partem j.

M. & fiat solutio.

In hac solutione madescant lintea, & parti Gangræna affectæ applicentur, & prompte separabitur mortua pars a viva: neque opus est, ait Author, ut aliud quodcumque medicamentum ad Gangrænam sistendam excogitemus; non enim reperitur aliud, quod tam cito, & tam certo pensum absolvat.

Ad Fistulas. Ex Hippocrate.

ÆRis flores usti cum frustulo Spongiæ Melle illito in Fistulam apertam servatam indantur, idque diebus septem continuatur, donec callus absumatur.

Ex Celeb. Gedeone Harvejo.

TInstura Salis Tartari extrinseca depurat, detergit, exsiccatur, consolidatur humida, purulenta, saniosa, virulenta ulcera cachœtica, tam fistulosa, quam

quam sinuosa, & cuniculatim depascentia; tum valet ad consumenda, quæ luxuriose crescunt nimium, in primis si cum pauxillo Olei ex arte commisceatur.

Ex Galeno.

R Adix Hellebori nigri, externe prius deterfa, Fistulæ callosæ indita, callum duobus, aut tribus diebus detrahit.

Dolci.

R. Aquæ Calcis ex se habitæ lib. j.
 Mercurii sublimati f. p. drachm. j.
 Succorum Abiuthii,
 Veronicæ,
 Scordii an. unc. j. ff.
M. ad usum.

Ad Bubones tum venereos, tum pestilenciales, vel cujuslibet alius generis.

Folia Ari ad Anthracem, & Bubonem pestilentialem imposita plurimum laudantur.

In Squinantia, sive Angina.

Pringle.

R. Ol. Amygd. dulc. f. i.
 Spiritus C. C. an. unc. j.
 In mortario vitreo fiat nutritum.
 Proficuum est hoc remedium externum pluribus vicibus adhibendum, præmissis tamen universalibus &c.

Ad quoscumque Tumores aperiendos.

R. Vitell. Ovorum n. ij.
 Salis comm. f. p.
 Pul. Piperis nigri an. quantum sufficit ad conficiendum Cataplasma, quod suppurat post secundam applicationem.

Ex Morello ad Tumores aperiendos.

R. Pul. Cantharidum drachm. j.
 Fermenti drachm. ff.
 Mucilag. Sem. Pŷyllii in aq. ros. extractæ q. f.
M. & fiat. f. a. Cataplasmulum, cujus portiuncula imponatur tumori aperiendo. Vel
R. Pulpæ rad. Althææ f. a. factæ unc. v.
 Bulborum Lillior. alb. unc. iij.
 Saponis nigri uncias ij.
 Piperis nigri f. p. unciam ff.
M. & fiat Cataplasma bubonibus apponendum, ac repetendum. Vel

R. Cera

℞. Cerati Diachylon cum gummi,
 Crucis an. unciam j.
 Saponis nigri drachm. ij.
 Sinapis pul. drachm. j. ℞.
 M. reformetur ad ignem blandum Ceratum pro usu.

Ad Tumores duros, & ad dolores profundos incidens.

℞. Emplastri de Cicuta cum Ammon. drachm. iij.
 Diachylon cum gummi drachm. ij.
 Galbani colati, Terebinthinae,
 Mercurii vivi an. drachm. j.
 Balsami Sulphuris drachm. ℞.
 S. A. fiat ex omnibus Ceratum.

Ad Cancrum apertum, nec non occultum.

Pulvis radice Ari a Senerto, ab Hartmanno, & aliis commendatus est in
 Carcinomate exulcerato.

Ex Bateo.

℞. Ranas viventes n. xij.
 Olei Olivarum uncias xvij.

Simul coquantur per horam, & deinde exprimantur. Oleum servetur ad usum.
 In Cancro specificum perhibetur. Ego quidem uterer Oleo potius de Solatro
 in Oleo rosato facto loco Olei comunis, & sic remedium evaderet magis speci-
 ficum, si relata vera sint.

Ex Senerto.

℞. Olei Vitell. Ovorum recent. facti unc. iij.

In mortario plumbeo diutius agitur quousque linimenti consistentiam acquirat.

In Cancro occulto.

℞. Mercurii vivi,
 Saturni limati an. part. æq.
 Simul amalgamentur.

Omnium dicitur præstantissimum remedium, Emplastro de Saturno, aut Diapompholygos hoc Amalgama permisceatur: a Paulo Barbette Ch. p. 2. lib. 2. cap. 7. habetur esse singularis efficaciam ad medicandum occultum Cancrum, si ejusdem drachm. ij. cum fuliginis splendentis camini s. p. scrup. jv. Emplastri Diapompholygos unc. j. excipiantur. Vel

℞. Olei Vitell. ovorum nuper facti unc. iij.
 Mercurii vivi drachm. ij.

Simul in mortario plumbeo diu agitentur ad perfectam Mercurii extinctionem, & ut linimenti consistentiam acquirant, & Saturni colorem: quod linimentum in frigido custodiat.

Ex Friderico Hoffmanno.

Magisterium Saturni mirabile est contra faciei pustulas saniosas, ac ulcera
 cancrofa cum aqua Rosarum solutum.

Den.

Dentifricia, & ad dentitionem Puerulis facilitandam.

IN Dentifriciis usurpandis, sedulo cavendum est, ne crebrior, & durior gingivas atterat, & ablutat pulvis dentifricius.
Dentes egregie extergit Coccinella pulverisata.

Auctoris.

℞. Tartari Bonon. albi, & s. p. unc. ss.
Panis ad nigredinem ustulati drach. ij.
Macis pul. drachm. ss.

Ex omnibus subtilissimus paretur pulvis ad dentes fricandos: hoc facto, dentes, gengivæque vino austero abluantur.

Ejusdem.

℞. Lapidis Pumicis,
Specifici Helvetii an. drachm. vj.
Olium Sepiæ drachm. ij.
Rorismarini drachm. j. ss.

Omnia in pulverem subtilem reddantur, & subigatur pulvis cum suff. quant. Syrupi de Rosis siccis pro usu.

Ejusdem pro Nobilibus.

℞. Spiritus salis dulcis drachm. j.
Aquæ Reginæ Hungariæ drachm. ij. ss.
M. & fiat s. a. digestio: ad usum servetur.

In dicto spiritu gossypio inadesaeto a Chirurgo dentes quantum opus sit fricentur, deinde aqua os pluries Patiens colluat: secunda, tertiaque die repetatur omni cum diligentia, & dentes albi, & nitidi evadent.

Ejusdem Dentifricium Antiscorbuticum.

℞. Aluminis rupei unciam ss.
Salis comm. decrepitati,
Pulveris Salviæ an. scrup. jv.
Terræ Catechu,
Macis an. drachm. j.

M. & fiat pulvis, cui adde Syr. de rosis siccis q. s. ut fiat in frigido ad instar Electuarii compositum pro Dentibus fricandis ante usum sequentis collutionis.

℞. Spiritus Vini rectific. unc. v.
Matthes ex Chio drachm. j. ss.
Camphoræ scrup. ij.

M. & in vase vitreo fiat solutio ad blandum calorem: deinde adde

Aq. distill. Nasturtii aquat. unc. vj.
Gummi ad fundum cadent: itaque in usu collutionis
Vas semper agitetur.

Ut Dentes Fuerulis facilius appareant, & crescant.

- ℞. Butyri rec. unc. j.
 Mellis despumati drachm. vj.
 Corallior. rub. pp. unciam j.
 M. pro usu, quo cum gingivæ fricentur.

Non alio pulvere. Fridericus Slare dentes suos perfricuit quam Saccharo albifimo, & fanos, ac nitidos per multos annos servavit contra opinionem illorum, qui a Saccharo dentes erodi, aut rubigine deturpari asserunt.

Auctoris.

- ℞. Ligni Lentisci ex Chio pp.
 Santali ruari pp. an. unc. j. ss.
 Alumini usti drachm. iij.
 Vini albi austeri,
 Spiritus Vini Juniperati an. unc. jv.

Indantur vasi vitreo, & in balneo maris fiat s. a. Tinctura: per chartam emporiticam deinde filtretur pro dentium collutione, & in ore retinenda ad usum.

Ejusdem.

- ℞. Scobis rad. Rosarum drachm. iij.
 Rorismarini triti pugill. j.
 Caryophyllor. contus. drachm. ss.
 Vini granatorum lib. j.
 Salis communis drachm. j.

Excipiantur in vase vitreo, & ut artis est, fiat digestio per diem naturalem in cinerario calido: deinde per chartam bibulam liquor filtretur ad usum collutionis, quæ sæpius in die adhibeatur.

Allen.

Religuis autem, quotcumque in libris inveniuntur pro dentibus firmandis, ac gingivis a putrefactione conservandis, sicque oris foetore præcavendo, non datur præstantius remedium, quam masticatio Nicotianæ siccæ in modica quantitate: eo etenim sufficiunt grana quatuor pro una vice, idque tantum semel in die usurpandum per horæ quadrantem, ac in ore detinendum. Idcirco præ omnibus improbandus est turpissimus quorundam mos singulis diebus masticandi, non ad hos quidem laudabiles fines consequendos, sed plane nescientium quare, & forsitan solummodo sædissimæ consuetudini indulgendi gratia.

In Scorbuto oris ruinoso.

- ℞. Vini optimi uncias iij.
 Salis communis pul. scrup. jv.
 M. pro collutione; & post aliquot dies:
 Patiens convalebit.

Ad Alopeciam, seu ad Tineam.

Hildanus monet, hos affectus non temere curandos esse, sed potius naturæ aliquandiu relinquendos; mox, nisi periclitentur partes musculosæ, & nervosæ subjacentes, usurpare licet leniter purgantia, & alterantia, Antimonium diaphoreticum, & Æthiops mineralis, atque illa, quæ a Medico Physico præscribentur.

Cura externa Tineæ instituatür decreſcente Luna.

Cæpæ contuſæ ad Alopeciam ab omnibus prædicantur ut remedium ſingulare, unde Schola Salernitana canit:

Contritis Cæpis loca denudata capillis

Sæpe fricans poteris capitis reparare decorem.

Mane, & vesperti caput iis confricetur, dum profuſus rubefcat, & mox melle obliniatur vice Cataplaſmatis.

Auctoris.

Pro ulcuſcolorum Alopecie omnia ſanatione ſequens remedium pluries expertus ſum:

R. Hydrargyri unc. ſſ.

Terebinthinæ drachm. ij.

Rite ſimul in mortario ligneo, vel vitreo extinguitur Mercurius, miſcendo per horas ſaltem xij. ſenſim deinde adde Axungie ſuillæ per ſecerniculum traſtæ drachm. xij. Pul. Staphyſagrie drachm. j. iterum miſcendo: ſervetur deinde Unguentum ad uſus in loco frigido. Vel

R. Mercurii vivi unc. j. ſſ.

Rite extinguitur cum Terebinthinæ uncia ſemis, ut dictum ſuit ſuperius: adde

Pinguedinis ſuillæ unc. v.

Pul. radicis Enulæ Campanæ unc. j.

Olei Abſinthii unc. ij. ſervetur ut ſupra.

Lavetur Caput ante illitum cum urina, vel lixivio, vel aqua calcis recenter facta.

Ex Giuberto.

R. Fol. Nicotianæ lib. ij.

Pinguedinis ſuillæ lotæ lib. j.

M. bulliant: colentur cum expreſſione: colato adde

Succi ejuſdem Nicotianæ lib. ſſ.

Reſinæ Abietinæ unc. jv.

Coquantur ad ſucci conſumptionem: in ſine adde

Ariſtolochiæ rotundæ ſ. p. unc. ij.

Ceræ Citrinæ unc. jv. Pro uſu.

Aliud mirabile remedium.

R. Succı Chelidoniæ,

Olei antiquioris an. unc. ij.

Bulliant ad quartæ partis conſumptionem, & ultra: deinde adde

Viridis æris unc. ſſ.

Sulphuris pul. drachm. ij.

Ceræ unc. ſſ.

Bulliant ſimul, ſpatula miſcendo: ablato vaſe ab igne adde

Oi. Juniperini, vel Terebinthinæ q. ſ. pro uſu.

Caput, rasum prius, Lardo suillo veteri cum foliis caulium costo inunctum mane, & vesperi ablues lixivio miti, idque pannis lineis exsiccatum inunges descripto unguento quousque sanitatem acquiserit patiens.

Ad Raucedinem, & in iis, qui assidue alta voce loqui debent.

Auctoris.

℞. Aceti albi fortis lib. j.
Terræ Japonicæ drachm. j.
Sacchari albi unc. iij.

Hæc in vase vitreo, vel terreo parumper bulliant, tum per hippocraticam manicam colentur. Oxyfaccharum hoc frigidum pro gargarismate adhibeatur.

Eiusdem.

℞. Radicis Pentaphylli pp. unc. j.
Aquæ fontis lib. iij.
M. bulliant ad medietatis consumptionem: colato adde
Acaciæ pul. drachm. ss.
Inseruiat pro ut diximus.

Ex Vander Heyden.

M Alum austerum, ac crudum loco cœnæ esum, cui superbantur cyathi duo aquæ frigidæ.

Erysimus a Lobelio, a Pena, a Rondeletio laudatur in amissa voce. Ex eo paratur Syrupus de Erysimo Lobelii ad raucedinem, qui vulgo Syrupus Cantoris nominatur.

Quæ descriptis adhiberi possunt in musculorum Laryngis, ac Pharyngis flacciditate.

In Colica nephritica.

Clysters ex Oleo communi in colica nephritica a veteribus Practicis sum-
mopere commendabantur.

In Colica flatulenta.

Quando dolor intolerandus, & horrendus fuerit, ac etiam in terribili sæ-
vitate biliosa.

Ex Fullero.

℞. Folior. Chamæmeli unc. ij.
Baccarum Lauri cont.
Juniperi cont. an. unc. j.
Salis Ammoniaci crudi unc. ss.
Coquantur simul in aquæ lib. jv. sub fine addendo Sem. Fœniculorum
Aniforum
Carvi, & Cymini an. unc. ss.
Coletur: adjice Spiritus Vini lib. j.
Inseruiat pro fotu.

Lysbon-

Lythotriptica.

Cortex Radicis Ononidis a Simone Paulo velut præstantissimum tam in Vesicæ, quam in Renum calculo habetur. A Mathiolo quoque commendatur ad ramicem carnosum resolvendum. Ab Ettmullero in Sarcocele Europistæ, & Polychrestum existimatur.

Ex Tilingio cum consilio Physici adhibendum remedium.

℞. Crystalli Tartari f. p.
Lapid. Percarum pp.
Oculor. Canc. pp. an. drachm. j.
Salis Succini drachm. ff.
Sacchari albi drachm. iij. ff.
M. fiat pulvis addendo Olei Anisorum gutt. v.
Dosis a drachm. ff. ad integram.

Pulvis hic, ut loquitur Tilingius, nephriticus oculariter prodest; Tartarus enim Lapides Renum, & Vesicæ, cæterorumque membrorum frangit, & mirabiliter expellit.

Ex Deckerio.

Curationis scopus primarius est dolorem lenire, & vias reddere patulas tum urinæ, tum fœcum. Optabilis enim est, ut natura expellat Calculum, quam Medicus.

Ex Baglivo.

Unicum remedium est abstinere a remediis, nam sola quiete Calculus tandem proficit.

*Pro Cadaverum imbalsamatione, & quorumcumque Animalium loricatione.**Ex Gabriello Claudero.*

℞. Cinerum Clavellatorum lib. j.
Aquæ communis lib. vj. M.

Stent per horam, & aliquoties agitentur pro perfectiori dissolutione: solutioni huic injice Salis Ammoniaci pul. lib. ff. vel paulo plus: rursus agitur, & quidem in vase obturato, ne partes volatiles evaporent: postea filtratur per chartam emporeticam, & servetur ad usum. Vel

Pro Nobilibus.

Cadaver spiritu æthereo Terebinthinae in vase plumbeo immergatur per dies tres, vel quatuor, deinde eximatur Cadaver. Spiritu Vini ablatur. Ita enim per longum tempus Cadavera a putredine præservari possunt. Vel

Spiritus Salis optime dephlegmati partem j. Alcohol. Vini p. iij. simul circumlentur. In hoc circulato spiritu Animalia filo appensa per longum temporis spatium a putredine conservari possunt.

Ex Boerhaavio.

Animalia in Oleo Terebinthinae æthereo pluries intincta, & totidem vicibus in acere exsiccata, diutius incorrupta ostenduntur, & pulcherrima conspiciuntur, ac si viva fuissent.

Ejusdem Boerhaavi.

A Nimalia immerſa in Pice græca clara ad ignem liquata diu ſuſpenſa, & iterum immerſa, quouſque ſufficiat, ab aeris corruptione præſervari multos, ac multos annos poſſunt.

Alia methodus condiendi Cadavera.

℞. Salis communis,
Aluminis crudi an. part. æqual.

Coquantur in ſuff. quant. Aquæ pluviæ donec leviter ebulliant, in quo lixivio Cadaver ſæpius immergatur, & ſubito extrahatur quouſque pori ſatis ſint reſecti: ſed hoc vitii methodus hæc habet, quod aerem humidum ferre nequeunt corpora ita præparata; quapropter ego uſum ſuadeo Salis Ammoniaci loco Salis communis.

Boerhaavii.

IN Aceto Plumbi corpora animalia immerſa, penetrata, & exſiccata, incorrupta diu redduntur, ablata putredine.

Ejusdem.

SAL Marinus depuratus mirabilis eſt Balfamus, cujus ope Animalium, Vegetantiumque omnes partes a putredine conſervantur; ſed, ut dixi ſuperius, corpora in aere humido patiuntur &c.

Ejusdem.

PARTES Animalium humidæ, ſolidæve Nitro conditæ ab omni putredine prohibentur, & rubræ diu manent.

Ex Beguino.

AD condienda Cadavera ſummopere Spiritus Salis dephlegmatiffimus laudatur. Quicquid corruptioni obnoxium eſt, hoc liquore ſi imbuatur, multa ſæcula incorruptum manet. Creditur, Cadaver formoſiffimæ Fœminæ hoc liquore fuiſſe conditum, quod, referente Raphaelæ Volaterrano, tempore Papæ Alexandri IV. in antiquo Sepulchro prope Albanum adeo integrum repertum fuit, ac ſi eadem hora fœmina exiſſet; cum tamen ex ſcriptura marmoris inſculpta id ultra mille trecentos annos ibi deſoſum fuiſſe conſtaret.

*Liquores duo ad conſervanda Corpufcula uſu probata.**Primus.*

℞. Spiritus Vini Alcoholiſati lib. ij.

Terebinth. claræ lib. ſſ.

Gummi Elemi uncias ij.

M. fiat diſtillatio levi igne ex cucurbita vitrea, & capitello roſtrato.

Alter

Alter autem ita conficitur.

- ℞. Terebinthinæ Cyprizæ unc. j. ℥.
 Succini flavi unc. ℥.
 Salis Ammoniaci drachm. j.
 Spiritus Vini rectificati lib. j. ℥.
 M. & fiat, ut antea, distillatio.

Ebrietati ex superflua Vini potione, & Hæmorrhagiis Narium.

- ℞. Aceti acerrimi lib. ℥.
 Salis Nitri pul. unc. ℥.

Simul ad ignem dissolvantur, & ante totalem refrigerationem addatur Camphoræ radula rasæ drachm. j.

Qua solutione fiat fofus testiculis, & pubis regioni ad arcendam ebrietatem, & violentas narium hæmorrhagias. Vel

Amygdalas amaras quinas, vel fenas ante pastum comestas ebrietatem prohibere, vulgaris est opinio.

Remedia crinifica ut Capilli crescant, & decisi ob malignas infirmitates cito renoventur.

Mulierculæ infantium caput Oleo ex Avellanis inungunt per expressionem facto, ut Capilli majori copia crescant. Vel

- ℞. Cinerum Apum,
 Stercoris Muris an. drachm. ij.
 Balsami Peruviani drachm. j.
 Mellis comm. q. s.
 M. & fiet cataplasma ad usum.

Auctoris.

- ℞. Olei de Lacertis unc. j.
 Fel. Bubuli unc. ℥.
 M. pro capitis illitu.

Pro decisis ob malignas infirmitates. Auctoris.—

℞. Fol. Agrimonii manip. iij.

Terantur in mortario lapideo ad pulvem: deinde irroretur puls Lactis recentem emuncti unciis tribus. Stent simul in frigido horis jv. ad succi rarefactionem, & postea per torcular fiat fortis expressio, qua tepente depilatus locus foveatur; & sic pluries in die repetatur remedium recentem paratum.

Epispastica, seu Vesicatoria.

Ex Fullero.

IN pituitosis senioribus, ac frigidioris temperamenti hominibus, Emplastra Epispastica circa primum febris insultum (affectuum Capitis preservationis causa) applicari possunt. Atque in quibusvis torpore, Vertigine, aut Cephalalgia imma-

inmani laborantibus (propter eorundem affectuum curationem) adhiberi solent. In constitutionibus vero impente calidis, ubi cum feri defectu Sanguis aduritur nimium, atque in febribus æstu sicco intolerabili, & vigiliis affligentibus Epispastica manus ex usu esse videntur.

℞. Picis Burgund. unc. viij.

Terebinthiæ,

Cantharidum f. p. an. unc. ij. ss.

M. & fiat f. a. massa ad usus externos.

Auctoris.

℞. Cantharidum pul. unc. ss.

Euphorbii pul. scrup. jv.

Picis navalis drachm. x.

Olei stillatic. Terebinth. q. f. ad conficiendum Ceratum molle ad ignem blandum.

In Pleuritidis punctura Resolvens.

Wallefii.

℞. Butyri unciam j. ss.

Semin. Cymini f. p. unc. ss.

M. dolorem lenit mirabiliter: penetrat, discutit. Mirum, si pectori, vel lateri applicueris: fortiter adeo operatur, ut Æger Cymini odorem in ore sentiat, ait Author, & in praxi ita expertus sum.

Ex Gesnero.

℞. Camphoræ drachm. ss.

Dissolve in Spiritu Vini; solutioni adde

Olei Lumbricor. unc. ss.

Unguenti Althææ unc. j. ss.

Croci aquil. f. p. scrup. j.

M. fiat linimentum, quo dolens latus inungatur. Vel

℞. Farin. Sem. Lini unc. viij.

Fœnugræci.

Pul. Sem. Cymini an. unc. jv.

Olei Sem. Lini q. f.

M. in mortario, & f. emplastrum.

Dolorem lenit lateralem, mirabiliter penetrat, & discutit: locum habet in pleuritide, & præsertim spuria.

Ex Hartmanno.

AD lateris dolores folia Brassicæ Butyro illita, & pulvere Seminum Cymini aspersa, dolentique parti imposta, mirabile aiebat esse Auctor remedium. Vel

Auctoris.

℞. Cæparum minut. incisarum, & contus

Saponis Veneti rasi,

Olei

Olei communis an. uncias iij.

Albi græci pul. unc. j.

M. & lento igne fiat Cataplasma admovendum parti doloris, seu puncturæ. Hoc mirum quocunque tempore est remedium.

In eodem casu, & præsertim ubi respirandi est difficultas, inquietudo, nec non mentis suffocatio. Auctoris.

℞. Cremoris hordei lib. j. ss.

Ol. Amygd. dulc. s. j.

Sperinatis Ceti an. unc. j. ss.

M. fiat Cataplasma molle Thoraci admovendum.

In Alvi stipticitate.

Qui Alvum habent sicciozem, inquit Valdschmidius, nunquam mane studiis applicare debent, vel foras procedere, nisi Alvum prius depofuerint; vult enim læpius moveri Alvus feignior.

Dilectum ac jucundum Auctoris remedium.

℞. Pruna damascenas n. xxx.

Ponantur in vase terreo vitreato superinfundendo hydropegii bullientis libras quinque, vel senas: claudatur vas operculo inverso, & ita horis xxvj. maneat: jejuno stomacho exhibeantur sex, vel octo patienti ex dictis prunis ad comedendum; deinde superbibatur scutella de dicta Aqua frigida, quæ grata reperitur: & sic quotidie, & Alvus fiet lubrica. Nonnulla vice simul cum Prunis infundo nodulum linteum continentem Sennæ orientalis unc. j. & Cinnamomi acuti frustulam tritum, ut remedium fiat efficacius pro durioribus, & contumacioribus.

In Capitis doloribus tum Symptomaticis, tum Idiopathicis. Auctoris.

In Idiopathicis doloribus.

℞. Ung. de Alabaſtro unc. j.

Aceti distil. gutt. xv.

M. pro frontali, vel temporibus admoveatur supra alutam paratum. Unguentum de Althæa fere idem præstat auxilium. Vel

Ejusdem.

℞. Antimonii porphyrisati unc. j.

Amuræ Olei comm.

Aceti Rosati an. unc. ss.

Albumen ovi n. j.

M. pro frontali.

Ad vigilias, dolores pulsatiles, nec non ad delirium.

℞. Camphoræ rasæ gr. viij.

Aceti fortis unc. j.

Aquæ Rosarum unc. viij.

Ll

M. & lin.

M. & lintea linea indicta mixtura madida fronti admoveantur. Vel
 Quod vires æmulatur superioris, nisi quod. Sanguinem refrigerat, & spiritus
 magis compellit.

Ad idem.

- ℞. Lactis Muliebris unc. j.
 Albumina ovorum n. ij.
 Opii rasi scrup. ff.
 Camphoræ ratæ gr. v.
 M. & frigide admoveatur.

Ex Junckero.

- ℞. Nucleorum Persicor. unc. ff.
 Sem. Pap. albi.
 Hyoscyami an. drachm. j. ff.
 Camphoræ gr. viij.
 Aquæ Verbenæ.
 Nymphææ an. unc. ij. ff.

Ex ijs fiat f. a. Emulsio, quæ temporibus tepens admoveatur, & fronti cum
 linteolis.

In Febris ardentibus ad sedandum Capitis dolorem.

- ℞. Santalor. rubror. pul. unc. j.
 Micæ Panis unc. ff.
 Aceti rosati q. s.
 M. fiat Cataplasma, cui adde
 Spiritus Vini unc. ff.

In dolore Capitis punctorio.

Ex Geoffroy.

- ℞. Piperis nigri.
 Caryophyllorum an. q. s.

Ex ijs fiat pulvisculus, & cum ovi albumine ad cataplasmatum formam subiga-
 tur, tum parti applicetur.

In frigida Capitis intemperie, & Catarrho.

Ex Geoffroy.

- ℞. Caryophyllorum, Nucis Moscatæ, Cinnamomi,
 Macis, Sem. Carvi, & Fœniculorum,
 Summitatum Absinthii an drachm. j.

Ex omnibus, lege artis, fiat pulvis crassiusculus Sacculo includendus, & Vino
 rubro calido immergendus, & statim Suture coronali applicandus: renovetur, si
 oportuerit.

Sinapismus ad spiritus excitandos, & expandendos.

- ℞. Theriacæ optimæ unc. ij.
 Sem. Sinapis s. p. unc. j. ff.

Salis

Salis communis pul. unc. j.

Saponis nigri unc. ij.

Olei Spicæ scrup. j.

Aceti q. s.

M. & fiat Cataplasma Suppedale.

Pariter Allium, Sinapis, Theriaca, Euphorbium, Olea aromatica spiritus expediunt, & exagitant. Hæc expetuntur, quando spiritus exhausti, extreme languentes, & fere succumbentes continuitatis seriem, expansionis æquabilitatem, irradiationem, & vigorem non amplius tueri sufficiunt.

Semen Sinapis pulverisatum, & aspersum supra incisiones humerum ex Cucurbitulis ad excitandos Apopleticus & Paralyticos egregium est, & sane excogitatum.

Suppositoria in Tenesmo. Auctoris.

℞. Butyri recentis loti unc. ij.

Ceræ drachm. iij.

Croci Angl. s. p. drachm. ss.

M. ad ignem levem: deinde in chartaceis conicæ figuræ fiat suppositorium, vel plura suppositoria formentur, in aqua florum Sambuci refrigeranda, & conservanda ad usum. Vel.

℞. Pinguetinis Vervecis colatæ unc. ss.

Butyri ex Cacao drachm. j. ss.

Croci Angl. s. p. scrup. j.

Oculor. Cancror. pp. gr. xx.

Ex iis, ut dictum est, fiat suppositorium. Vel

℞. Ung. de Succis unc. j.

Florum Sambuci s. p. drachm. ss.

Ol. Vitell. ovorum drachm. ij.

Ceræ albæ drachm. iij.

Ad lenem calorem Cera simul cum Unguento liquetur: deinde remotis ab igne reliqua addantur pro formandis suppositoriis in chartaceis, ut superius assignavimus, pro usu.

Suffitus ad idem.

℞. Cap. Pap. alb. unc. ss.

Folior. Verbasci manip. ss.

Florum Rosar. rubrar.

Balaustiorum,

Thuris masc. an. drachm. ss.

M. &, ut artis est, fiat pulvis crassiusculus, cujus in prunas coniecti fumus excipiat per sellam perforatam.

Suppositoria ad hæmorrhoides provocandas, necnon aperiendas.

Auctoris.

Sumat radice recentis Raphani rusticani frustulum aliquod, vel pars subtilior, & radula ad figuram Semiellipticam redigatur, ita ut scabra ejusdem tota superficies evadat, deinde Aloe succotrina inspergatur quousque scabrositates prædictæ impleantur, & explanentur. Radix vero hac ratione parata pro supposito adhibeatur.

Ex Practicis.

Suppositoria ex Hiera picra Galeni cum pul. Colocyathidis ex Melle parata hæmorrhoides insigniter stimulant.

Austoris.

R. Pilular. Cochiar. unc. ss.
Manu elaboretur Suppositorium.

Ex Junckero.

R. Pul. rad. Jalapæ scrup. j.
Extracti Hellebori nigri scrup. ss.
Mellis q. s. ad suppositorium conficiendum.
Si opus sit, exsiccetur extractum, ut redigi possit in pulverem.

Nonnulli usum internum commendant Pilularum S. Fuscæ, quarum Doses in meo de Dosis medicamentorum Indice prostant, & earum præscriptio ad Medicum Physicum pertinet semper.

Radix vero Peucedani recens, ut superius diximus, elaborata, & adhibita idem præstabit.

Ex eodem Junckero.

Suppositoria tantum in motum agunt, non in materiam, hinc circumspecte adhibenda, quia sæpius, præcipue in infantibus, convulsiones causari possunt.

Generalitèr observandum est, ne Suppositoria, quæ ingrediuntur Sales, aut quævis acres materiæ, iis adhibeantur, qui hæmorrhoidibus laborant.

Fiunt Suppositoria ex Lardo, vel ex Caseo contra Ascarides in intestino recto stambulantes, quæ ipsis adhærent; & extracto suppositorio, simul extrahuntur Ascarides, inquit Ettmullerus in Schrodero p. 1033. C. 83.

Alia Suppositoria lenia fiunt ex Saccharo, Melle, Hempsemate, seu Sapa ad M. C. consistentiam redacta, & in forma conica magnitudinis digiti auricularis magis, minusve elaborata, oleoque demum Amygdalino oblinita.

Ulterius Suppositoria conficiuntur ex Sapone, Ficu inversa, Sevo hircino, bubulino, Candela sebacia, cerea, vel ex caulibus, & radicibus e.g. Betæ, Brasicæ, Althææ &c. in dictam formam cultro redactis.

Si Suppositoria lenia superius adnotata pulvere aliquo simplici, vel composito purgativo obducantur, tunc suppositoria fiunt purgativa, & acria, & facili, & tuto modo cito parantur.

Alia Suppositoria conficiuntur per effusionem, & mixtionem, si, quæ addenda fuerint, pulverisata sint, antequam Cylindri formentur, uti ostendimus in Tenesmi suppositoriis.

Cordialia.

Fridericus Hoffmannus experientiis annorum circiter quadraginta tandem restatus est, nullum invenisse tutius, efficaciusque remedium Cordiale Vino optimo, ac generosiori.

Cordiale jucundum, & delectabile. Ex Fullero.

R. Vini generosioris uncias vi.

Oli. Cinnamomi,
 Sacchari candi s. p. unc. ss.
 Vitell. ovorum n. ij.
 M. exhibeatur per cochlearia.

Auroris Topica cordis regioni applicanda.

℞. Manthecæ Rosarum,
 Flor. Aurantior. an. unc. ss.
 Olei Cinnamomi gutt. x.
 Nucis moschatæ gr. xxv.

M. pro usu externo. Vel

℞. Fol. Menthæ

Abſinthii an. pugil. j.

Caryophyllor. pinguium contuf. drachm. ss.

Simul in Mortario contundantur, addendo in fine Vini Malvatici unc. v.

Pro Cordis Epithemate, aut Stomachi.

℞. Aquæ Vitæ Anifatæ unc. ij.

Aceti acerrimi unc. j. ss.

Theriacæ optimæ drachm. j.

Croci s. p. scrup. ss.

M. pro Cordis epithemate cum petiis lineis admovendo tepente.

Crocus est verum spirituum animalium excitans, testante Boerhaavio pag. 245. Ch. T. 2. Et Raymundus Mendererus ait: digito auriculari finitæ manus affrictus confestim ad Cor penetrat: tanta est Croci cum Corde societas.

Acustica, seu Auditum juvenia.

Præcepta generalia aliquot in morbis Aurium omnibus curandis.

Ex Sennerto.

Medicamenta, quæcumque Auribus immittuntur, sint tepida, non intense calida, vel frigida.

Nova Medicamenta non imponantur, nisi Auris a forde alicujus præcedentis medicamenti optime expurgata sit.

Una vice tres, vel quatuor guttæ immittendæ sunt.

Post medicamenti in aurem immiſſionem Æger semper super aure sana jaceat.

Auribus immittenda, ne sint valde unctuoſa, aut viscoſa.

Caput in omni sorditate diligenter roborandum tum internis, tum externis remediis.

Ex Wedelio.

Suffitus magis exsiccant; vaporosa humida magis demulcent; oleosa, & spirituoſa magis discutiant, & roborant; sed in singulis cavendum est semper ne quid nimis.

Immiſſis topicis, masticare consultum est, ut magis penetrare possint medicamenta.

Sin Auribus adfuerit Tinnitus Tubæ, Acustica rarius prodesse solent, inquit Nuck.

Ex

Oleum Amygdalarum dulcium in surditate, & tinnitu quidem Aurium commendatur, sed ob aurium anfractus in ejus usu cautela opus est. Id enim ad tympani membranam ubi profluxerit, cum haud facile extergi queat, laxat interim membranam, atque gravem auditum non modo non medetur, sed parum aliquando auget.

Ex J. Colbathe Medico Anglo.

Pulvis foliorum Afari nonnunquam surditati medetur, si in aures granum unum, aut alterum infuffetur. Hujus novi Errhini usum (ait Auctor) expertus sum in oris, & linguæ paralyfi, quæ unica dosi hujus remedii, & largo inde subito pituitæ fluxu sanata fuit. Quapropter hoc Errhinum, seu Capitipurgium medicamentum contra capitis affectus diuturnos, & contumaces ex viscida, tenacique materia oriundos, gravativos dolores, paralyfin, morbosque soporosos utiliter præscribi posse cenfeo. Ego quidem expertus sum: oportet, ut folia Afari non sint vetustate profcripta, ut medicamentum sint infallibile.

Ex platero.

- ℞. Spiritus Vini, vel
Tincturæ Castorei drachm. ij.
Succi Cæpæ drachm. j.
Olei Spicæ gutt. ij.
M. pro usu.

Ex Boerhaavio.

Oleum Cæcæ distillatum asperos dolores pulcherrime lenit.

Ex Bateo.

Turundæ acusticæ optimum remedium.

- ℞. Galbani, Picis navalis an. drachm. ij.
Hellebori albi pul. scrup. v.
Zibeth. gr. vj.

M. Ex qua massa fiant octo, vel decem partes ad formam Caryophylli aromatici sindone rarissima involvendæ, filo ad extremitates majores appenso, ut ex aure evelli possint.

Ovula Formicarum contrita, cum Succo Cæpæ in aurem infusa, vetustissimam surditatem perfanare valent.

Methodus præscribendi Vinaceorum fatus ex Malpighio.

Vinaceorum usus profecto a Medicina omnino rejectus est, cum ægrotantes nunc non illum adipiscantur fructum, qui diu olim obtinebatur, ideo ut inutilis a Medicorum cœtu ablegandus; non quia Vinacea per se orbata sint illa efficacia, quæ necessaria est ad respectivos morbos tollendos; verum quia Præscriptores sunt illi, qui decipiuntur, cum a recta aberrant methodo.

In Vinaceis quoddam principium penetrantissimum redundat, majori gaudens vi, quam illud in Vino latens, idoneum enim est ad membra contracta laxan-

da, humores densos, & viscidos incidendos, ac resolvendos, tandem au rebobandas partes.

Activiores possidebunt vires vinacea illa, ex quibus absque aquæ additione extractum fit vinum; nam aquæ additionis ope copiosior illius principii pars, in vinaceis mansura post vini exitum, cogitur ab ipsis disjuncta vino associari. Copiosior itidem dicti vaporis possidebunt copiam vinacea ex vis labrufcis ad maturitatem perventis: sic etiam illa, e quibus vinum nuper egressum fit.

Vinum fragrans, ac validum vinacea relinquit maxima pollentia activitate, cujus gradus tamen a diversa vini qualitate metiendus: & cum vires in locis eminentibus expertibus mineralibus inquinamentis, ac magis Soli expositis terræ commissæ vinum edant activius, ideo debet cuicumque Vinaceorum vis respondere: contra vero, quæ torcularis ope expressa extremum emisere succum, & eo magis illa, quibus in earum fermentatione addita fuerit aqua.

Vinacea sine aquæ additione ulla, in quibus calor ex eorum intimo metu exoritur, ac conservatur, aliis anteponenda esse videntur.

Quo ad eorum usum, immersio partium, quæ morbo afficiuntur, commendatur: non quod alia ratione adhibita non prosint, involuntur enim in linteis, vel sacculi ex hisce replentur, sicque parti affectæ calida applicantur; at tamen immersio cernitur efficacior, cum per ipsam commodius, ac promptius vinaceorum vis membris communicetur.

Instar Sudatorii immersio erit facienda, defendendo scilicet caput, ac respirationem a Vinaceorum vaporibus: verum ad reddendam immersionem utiliore, necnon activiore, utendum erit vase instar lacus depresso, tamen sic apto, ut Æger cum comode residere, tum membra extendere affecta possit. Immersionis tempus ad horam cum dimidia extendetur, qua peracta, defendenda membra ita, ut aucta diaphoresis ab aeris injuria non impediatur; ideo consonum erit lectulum tepidum petere, & saltem per integram horam ibi permanere.

Ad mensem usque protrahi fas erit usus Vinaceorum, & si hoc obtineri nequeat, tamen per dies quindecim perseverandus; neque in hoc opere illa eadem semper adhibenda sunt Vinacea, cum ex immersione aliquid sui vaporis amittant, idcirco quotidie recentia substituenda.

Expergestus, ac surgens e lectulo Æger locum petere idoneum debet, scilicet enim & promptius optata perspirationis auctio obtinebitur.

Ad Hemorrhoides protuberantes cum dolore.

Linaria, seu Osiris Mathioli externe est anodynum medicamentum, quo vix præstantius ad hemorrhoidum cæcarum dolores mitigandos proponitur, & ab omnibus laudatur quocumque modo adhibita, sive sola, sive cum Millepedibus ad instar Cataplasmaticis commixta, seu cum pinguedine cœcta. Hartmannus, Wolfus, Verzascha mirabile hoc prædicant remedium.

Non silentio prætereundum putavi, Ficum siccam inversam hemorrhoidibus adnotam cito dolores demulcere, & cito sedare.

Ex Allen in hemorrhoidibus inflammatis.

℞. Plantaginis, Polygoni,
Summit. Rubi, Equiseti an. manip. ℥.
Verbasci manip. ij.
Sem. Lini, Flor. Rosar. & Balustior.
Cortic. Granator.

Pharmacopea Chirurgica

Baccar. Myrtillor. an. drachm. vj.
 Ex omnibus fiat decoctio in aqua cum Vino rubro pro potu.

Ex Boyleo.

- ℞. Sacchari Saturni drachm. ss.
 Aceti optimi unc. jv.
 Ol. Sambucini q. s. ad conficiendum nutritum in mortario plumbeo,

Ad dolorem earundem demulcendum.

Auctoris.

- ℞. Olei Sem. Lini s. i. rec. parati, vel Amygdalarum dulcium
 rec. expressi,
 Ranarum vivent. an. lib. ij.
 Simul frigrantur quousque Ranæ aridæ, & siccæ fiant: coletur
 oleum, & ad usum custodiatur.

Ad internas, & externas hæmorrhoides inflammatas.

- ℞. Pulpæ Cassiæ recenter tractæ q. s. admoveatur hæmorrhoidi-
 bus, vel
 Dissolvatur in lacte, & fiat injectio, quæ utilissimum est re-
 medium.

In hæmorrhoidibus exulceratis.

Ex Boyleo de Util. Philosoph. exp.

SI hæmorrhoides exulceratæ fuerint, fiat Unguentum ex Oleo Amygdalarum dulcium sine igne recenter expresso cum Auro fulminante ad debitam consistentiam. Id Author certa experientia commendat.

In Mulieribus ante Menstruationem.

QUæ doloribus corripiuntur ita acerbis, ut illorum, qui Parturientes excruciant, pene sint æmuli.

Ex Hamilthono.

℞. Olei Amygd. dulc. vel Sem. Lini drachm. vj. per se, vel cum Syrupo Violarum singulis noctibus exhibeantur per menses aliquot. Hoc remedium expertus laudo. In majori quantitate propinati debere, ait Allen.

Ad Affectiones hypochondriacas.

ME vix continere queo, ne aliquid pro interno exponam, quod simplex sit.

Ex

Ex Fernelio Confil. 43. ad D. de Morigni.

Decoctum Ceraforum acidorum in hypochondriacorum affectu summopere prodest; imò hoc unico remedio complures convaluisse, ait Auctor. Pariter plurimum laudantur juscula ex Cichorio sylvestri copiosiora,

Coadjuvantia digestionis.

Anisi semen veteres Medici in Ventriculo frigido, & humido tamquam stomachicum eximium commendarunt. Hinc in difficili ciborum coctione, quæ a Ventriculi cruditate, ut ajunt, oritur, ut & in Colico dolore, singultu, dolore capitis, vigiliis, diarrhœis, & aliis hujusmodi feliciter usurpatur.

Authoris ad idem.

℞. Caffè ustulati, & pul. drachm. j.
Absinthii Romani sicci scrup. j.
Aquæ fontis uncias vj.

Ut artis est simul ferveant unico fervore: deinde per subsidentiam clarior pars cum Saccharo, vel sine pro potu forbillatim in hora digestionis exhibeatur.

In Herpetibus. Authoris.

℞. Unguenti Rosati Mef. unc. j.
Cinnabaris artif. ab experto Professore factæ, & porphyrisatæ,
Antimonii crudi lævigati an. drachm. iij.
Oculor. Cancrorum pp. drachm. j. ss.
M. pro usu.

Inter multa a me excogitata nil validius, efficaciusque hoc remedio expertus sum, abluendo partem cum aqua ex Calce viva cum floribus Sambuci, & in tempore pruriginis dicta aqua partem herpeticam fomentando.

Cum Medici physici consensu hæc interna sunt danda Mense Majo.

℞. Succo depurat. Fumariæ,
Cichoræ sylvestr. an. unc. ij.
Seri Vaccini unc. v.
M. & superbantur sequentibus bolis quotidie per dies xxx.

℞. Antimonii porphyrisati gr. xx.
Oculor. Cancror. pp. gr. x.
Succo concreti Fumariæ,
Cichoræ an. scrup. j.
M. fiant boli v. quotidie sumendi ut dictum est, præmissis purgatione, & Sanguinis emissionem, Medico physico probante.

Pro Septembri Mense exhibere semper usus fuit decoctum sequens per dies, ut supra: & hac methodo Herpetes horridi, & exedentes perfecte sanati sunt.

℞. Salsæparillæ pp. unc. ss.
Radici Bardanæ pp.
Cichoræ pp. an. drachm. ij.
Antimonii contusi drachm. iij.
Aquæ fontis lib. ij. ss. M.

Digerantur per noctem, mane bulliant ad remansionem unius libræ, quæ in aurora exhibeatur, & in lectulo saltem per horam Patiens unam quiescat. Hæc

methodo complures Herpetes, & Serpignes fere desperatas ad perfectam sanitatem reduxi in sequentis Octobris mense.

• *In Ambustionibus, & Gutta Rosacea.*

Magisterium Saturni arcanum est contra Ambustiones, & Erysipelaceas inflammationes in aqua Solani, vel Plantaginis solutum: & clariss. Frid. Hoffmannus adversus Guttam rosaceam, & alias faciei pustulas saniosas, & impetiginem, ac Ulcera cancrofa, aquam Rosarum plurimum commendat pro solutione dicti Magisterii.

Ex Mynsicht.

℞. Albumina Ovorum n. iij.

Ol. Olivarum unc. j.

M. & simul quassentur donec ad consistentiam linimenti albi transeant: liniatur pars cum penna gallinæ sine fasciaturis.
Hoc singularissimum, ac certissimum dicitur remedium.

Ad Impetignes. Dolci.

℞. Succu Sempervivi unc. ij.

Cretæ pul. q. s.

Salis Saturni s. p. drachm. j.

M. & fiat ad instar linimenti.

Ad faciei debonestamenta discutienda.

℞. Cochleariæ succi q. s. simul cum herba contusa faciei imponatur ad formam Cataplasmatis, & brevi temporis Intervallo maculas tollit: postea vero decocto furfuris pars abiuatur. Vel

℞. Camphoræ rasæ drachm. ij.

Ponatur in mortario vitreo sensim affundendo Succu limonum unc. j.

Deinde adde

Vini albi lib. j.

Coletur, & Camphora residua petia ligata in vitro suspendatur ad usum.

Oleum Nucum Myristicarum valde a nonnullis laudatur adversus faciei lentigines, & maculas furfuraceas.

Ad Varos.

Jonthi a Galeno appellabantur Vari, idest exigui, durique faciei tumores a crasso humore generati, quos Plinius, Celsusque Varos pariter nominant.

Simon Paullus succum Betulæ Jonthis, seu Varis faciei certo experimento mederi affirmat, si interdiu, & præsertim mane, & vesperi facies eo lavetur, atque non deterfa siccescat.

Ad deformes Vulnerum Cicatrices.

Oleum Myrrhæ per deliquium improprie dicitur, cum nil aliud sit, quam Myrrhæ liquamen, mediante humore sulphureo salino Albuminis ovi.

Sic,

Sic, ut scias, præparatur. Ova recentia ad duritiem elixata per mediam latitudinem in duas partes æquales incidantur: exemptis Vitellis, Myrrha electa pulverisata cavitates albuminum impleantur; Albuminum medietates iterum junctæ, & filo leviter contrictæ in Cella vinaria, vel alio humido loco suspendantur, ita ut Myrrhæ liquamentum in vas vitreum subiectum sensim distillet. Humor ille blando igne in vase aperto ad quartæ partis diminutionem exhalet, & fervetur ad usum. Commendatur ad lentiginis, faciei rugas, & ad deformes Vulnerum cicatrices delendas, si eo sæpius illiniuntur.

• *Ad inflammationes Papillarum, & Testicularum.*

℞. Cerussæ pul. Aluminis rupei,
Vitrioli albi an. unc. jv.
Boli armenez or. unc. ss.
Croci pul. drachm. j.
Aquæ communis unc. xx.

Simul bulliant in vase terreo vitriato usquequo materies ad siccitatem redacta sit: tum uncia tantum distæ massæ dissolvatur in aqua rosacea, & cum lintheis ea imbutis fiat focus parti inflammata: & habebitur remedium omnibus securius, & tutius.

In Contusionibus levibus sive in Capite, sive in aliis corporis partibus.

Fomentationes ex aqua valde salita summopere profunt. Ita candidissimus Sanaçassani Chirurgus expertissimus Magatinus.

Ad Contusiones omnes. Authoris.

℞. Spiritus Vini unc. vj.
Theriaca opt. drachm. iij.
Camphoræ rasæ,
Croci or. s. p. an. drachm. ss.
M. & fiat focus. Vel

Ejusdem.

℞. Mellis com. lib. ss.
Farinæ Lupinorum unc. j. ss.
Salis com. s. p. unc. j.
M. pro cataplasmate tepente admovendo. Vel^l
℞. Pul. sem. Cumini unc. ij.
Mellis com. unc. j. ss.
Vini generos. q. s.
M. & fiat puls, ut supra. Vel
℞. Folior. Absinthii Romani manip. jv.
Salis com. s. p. unc. ss.
Conterantur simul ad formam cataplasmatidis ut supra applicandi contusionibus.

Ex Praxi.

℞. Aquæ Regin. Hung. unc. j. ss.
Olei Philosophor.

Ceræ rectific. an. drachm. j.

M. In vase vitreo rite clauso digerantur, ut artis est; & serventur ad usum.

Aliud nobile.℞. Spiritus Vini unc. vj.
Benzoës contusi unc. ij.
Aloës hepaticæ pul. unc. j.

Excipiantur in lagena vitrea rite clausa, & igne lento fiat s. a. solutio; deinde per organum vitreum extrahatur spiritus, & in fundo quod remanet Balsamum erit ad contusiones, & ad nervos contractos, ac debiles, & ad capitis dolores diuturnos remedium optimum, & nobile pro usu externo.

*Ad Contracturas Nervorum, & Ligamentorum.***P**aracelsus, & Helmontius tantas deprædicant Olei Tartari distillati laudes ad morbos ligamentorum, membranarum, & tendinum, ut ipsos in contracturam usque perventos eo curari posse, experti afferant.*Ad Nervos roborandos. Authoris.*℞. Olei distill. de Lateribus,
Nucum myristicar. an. drachm. jv.
Balsami Peruviani drachm. ij.
Spiritus Salis Ammon. nuper facti drachm. j. ss.
S. A. in mortario vitreo simul exacte uniantur ad usum.*Ex Paracelso ad Nervorum contracturas.*℞. Olei Terebinth. lib. ij.
Gummi Galbani lib. j.
Elemi lib. ss.

M. & per retortam amplam fiat distillatio. Oleum fervetur ad usum. Partes ex Nervis contractis afflictae ter in die inungantur per longum tempus.

Galbanetum Paracelsi a Geoffroy eleganter describitur pag. 523. T. 1. Valet ad idem, necnon ad spasmodicas affectiones pro illitu, & ad membrorum paralysis, & ad colicos dolores convulsivos. Remedium hocce a me dicitur sine pari.

*Anodyna fortia.**Ex Bateo.*℞. Saponis Veneti rasi unc. j.
Camphoræ rasæ drachm. vj.
Opii rasi unc. ss.
Croci or. s. p. drachm. j.
Spiritus vini unc. x.

Simul indantur phialæ vitreæ, & diebus x. digerantur: tum fiat colatura, quæ dolores sedat violentos, si pannum in ea imbutum, & morbo impositum, quarta quaque hora reiteretur: confertque etiam Rheumatismis, & Arthritidi.

Ex Fullero.

R. Cap. Pap. eum feminibus contuf.

Sem. Anethi an. unc. ij.

Foliorum Hyofcyami

Cynogloffæ

Solani

Flor. Chamæmeli an. manip. ij.

Coquantur in lib. vj. aquæ ad remanſionem lib. jv. Ufurpetur cum ſtupis laneis calidiſſime intinctis, expreſſis, & alternatis, repetendo quoties dolores intenus urſerint. Fibras contractas lenit, ſpiritus irritatos conſopit, humores acres obtundit, viſcidofque attenuat, & circulationi obſiſtentes eidem reddit.

Aliud mitius ex Mynſicht :

R. Olei Olivarum rec. lib. j.

Minii pul. drachm. iij.

Coquantur ſimul ſæpe ſæpius ſpatula lignea miſcendo ad medioerem cerati conſiſtentiam: addendo

Ceræ citrinæ lib. j.

Sem. Hyofcyami pul.

Colophoniz

Terebinthinæ an. unc. jv.

Pro uſu in quocunque tempore utiliſſimum eſt: mire ſedat, atque dolores placat.

Ad Bronchoſe.

R. Calcis vivæ ſonantis ſ. p. unc. v.

Mellis com. q. ſ.

Simul miſceantur pro Cataplaſmate quotidie renovando.

Ex Aetio.

R. Gummi Bdellii pul. unc. iij.

Mellis com. q. ſ.

M. prout ſupra dictum eſt.

Commendat idem Aetius Stercus Capræ in aceto liquatum, & admotum.

*In Ulceribus antiquis rebellibus.**Ex Belloſio.*

DEcoctum foliorum Juglandis in aqua factum cum paucō Saccharo eſt remedium ab Auſtore valde commendatum: modus adhibendi decoctum eſt, linteolum eo imbuendo, & ulceri imponendo, & non ſæpius quam ſecundo, vel tertio quoque die eandem applicationem renovando, donec ulcus convaluerit. Hoc medicamentum, utcunque ſimplex, & vulgare videatur, ſuppurat, detergit, incarnat, putredini reſiſtit &c. Certius, & feliciter quam aliud quodecumque remedium hætenus notum ſanat, inquit Auſtor, qui multo prolixior eſt in hujus remedii laudibus.

Ex Helvetio, Rulando, & Boylco.

Balsamum Sulphuris, factum uti a Boerhaavio in ejus Chemia describitur, egregium est remedium in Ulceribus pallidis, frigidis, mucosis, aquosis, saniosis, quæ feliciter curare ajunt.

Ex Boerhaavio.

Tartarus solubilis extrinsecus ulceribus fordescentibus mundandis prodest, atque ad feliciter sanitatem perducit.

In Ulceribus rebellibus, ac antiquis ex praxi Constantinopolitana.

℞. Terebinthinæ,
Olei rosati an. unc. iij.
Tutiæ porphyrifatæ unc. ij.
Ceræ virginis unc. j.
M. & f. a. fiat Unguentum.

In gallicis Ulceribus medicamentum hocce non est particulare, uti in aliis casibus.

Balsamum Samaritanum compositum.

Monsieur le Clerc.

℞. Vini hispanici,
Olei rosati an. partes æquales.

Ad quamlibet libram adde Sacchari candi pul. Mellis violati an. uncias duas. M. & lento igne bulliant, despumando usque dum Vinum omnino evaporatum sit. A Saccassani nuncupatur Balsamum Balsamorum ob ejus excellentiam in Articulorum Ulceribus.

Ad Spinæ Ventosas.

℞. Aquæ com. cyath. xxx.
Calcis fonantis vivæ lib. ij.

Simul stent in frigido horis x. vel ultra: pars clara decantetur, cui addantur Sublimati corrosivi f. p. drachm. i.

Spinæ Ventosæ, Fistulæ, Humores falsi, Gangrænæ, Erysipelata, Scabies filamentorum lincorum ope in dicta aqua madefactorum, & applicatorum curantur. Vel

℞. Cerati Cerussæ lib. j.

Liquetur in vase terreo, & priusquam omnino frigescat, adde

Sublimati optimi f. p. unc. j.

Lignoque permisceatur, addendo in fine Salis Ammoniaci f. p. drachm. ij. ff.

Pro usu super alutam extendatur ad latitudinem Ulceris extensionis. Ulcus semper aqua salita lavetur. Quotidie Ceratum repetatur.

Ad Aphthas.

Decoctum foliorum Caprifolii tonsillarum, & faucium affectiones, gulæ inflammationem, exulcerationes, & aphthas curat.

Ex

Ex Anguillara.

Jacea præstantissima est in Aphthis oris sanandis.

Omnibus remediis in hoc morbo curando sequens antecellit.

℞. Terræ Japonicæ drachm. iij.

Aquæ calcis unc. xij.

Simul coquantur in vase terreo ad tertiæ partis consumptionem: colaturæ adde

Salis Saturni *f. p.* scrup. j.

Mellis rosati simpl. unc. ij.

Capiat Æger cochl. j. singulis horis, vel sæpius os colluatur dicta solutione.

Boylai.

℞. Succo Sempervivi maj.

Mellis opt. an. part. æq.

M. Coque parumper in vase terreo ad clarificandum, deinde adde Aluminis rupei *q. f.* ad saporem mediocriter austerum conciliandum.

Cum gossipio illiniuntur Aphthæ, vel guttur exulceratum singulis horis, vel sæpius. Auctor hoc remedium tanquam specificum vindicat.

Gargarismus.

℞. Decoct. Cort. intern. Ulmi cum paucis Melle rosato simplici.

Hic revera optimus Aphthis curandis Gargarismus est.

Ex Boerhaavio.

℞. Aquæ Rosarum distill.

Syr. de Papaver albo an. unc. ij.

Vitell. Ovorum n. ij.

M. Hujus remedii pauxillum ore assiduo contineatur.

In Phthiriasi, seu ad enecandos Pediculos, Ovula, seu Lendines, necnon Pediculos cancrifos inguina incolentes.

Ex Allen.

℞. Olei distill. Spicæ drachm. ij.

Amygdal. dulc. *f. i.* unc. ss.

Unguenti Nicotianæ drachm. vj.

M. ad usum.

Unguento Nicotianæ ego substituerem Pul. Nicotianæ fermentatæ, qui semper in promptu habetur, *q. f.* Pediculi moriuntur unius noctis spatio, uti in praxi vidimus.

Authoris.

℞. Sem. Staphysagriæ pul. drachm. j.

Camphoræ drachm. ss.

M. Hoc pulvere Capilli inspergantur. Si Pediculi confugerint ad tunicam, alligata zonula infecta unguento mercuriali descripto in Alopecis curatione pediculos omnino perire videbis,
Pul.

Pulvis baccharum Coccuæ Indicæ capiti inperfus certo certius pediculos interimit. Candrochius, qui peculiarem de iis tractatum scripsit, milles expertus in puerulis tradit, hunc pulverem etiam exigua quantitate cum adipe suillo, vel pomo cocto, vel similibus permixtum, & capiti applicatum egregie Pediculos interficere, & felicius, quam Staphylogria, & tutius, quam Hydrargyrum.

In Adultis pro Pediculis cancriosis in inguine stabulantibus necandis Sapo niger inunctus, est remedium infallibile, neque opus est, ut aliud quodque exquiramus.

Ego expertus sum, Nicotianam pulverisatam cum adipe Suillo commixtam pro inunctione ad inguina, post breve temporis spatium Pediculos cancriosis in inguine nidulantes penitus interimere.

Purgantia externa.

Ex Boerhaavio.

CUM Oleo Cerae distillato Abdominis crebra inunctio adstrictæ alvo lubricitatem conciliat, hinc in infantium morbis percurandis nobile erit remedium. Vel

℞. Vini generosioris,
Olei com. an. unc. iij.
Pomor. Colocynthidis drachm. iij.

M. bulliant ad tertiæ partis consumptionem: dein coletur pro usu.

Jaceat purgandus horizontali decubitu, & in umbilicum Olei ejusdem gutt. iij. vel jv. instillentur: ita stet per horæ medietatem, & purgabitur. Vel

Colocynthis umbilico admota cum felle bubulo non solum Alvum subducit, sed Vermes in intestinis nidulantes enecat, & expellit.

Ex Dovero.

℞. Pul. Colocynthidis
Zedoaræ
Iridis an. unc. j.
Agarici unc. ij.
Simul omnia macerentur per horas xij. in vini absinthiaci lib.
ij. factaque expressione adde
Galbani in aceto soluti s. a. drachm. iij.
Croc pul. scrup. jv.

Inspissata lento igne ad linimenti crassitiem umbilici regioni applicentur.

Deckers in Tractatu de methodo medendi lib. de Purgantibus multa proponit externa medicamenta.

Emplastrum purgans Cnossellii in Donzello ultimæ modernæ impressionis pag. 420. egregium est.

In Fluore albo, in Lochiis, & Fluxibus immodicis Mulierum.

℞. Ceratum ad hernias,
Diapalmæ an. unc. j.
M. extendatur, ut artis est.

Externe lumbis applicetur: quando detrahere velis Ceratum, quod maxime adhæret, prius foveatur pars cum stupis aqua calida madefactis, & expressis; ita enim liquecet, & facile Ceratum cedit. Vel

Authoris .

Unguentum Comitissæ specifico Helvetii actuatum valde prodest, necnon cum Terra examinata Vitrioli, vel Terra Catechu.

Medicamenta Lumbis applicentur, non quod Renes illic situm habeant, sed quia Arteriæ, quæ sanguinem pudendis addunt, hoc in loco, scilicet ex Aorta exeant, ut etiam propter ejusdem partis musculos, & ligamenta laxata.

Ad Soporosos excitandos .

Semen Sinapi pulverisatum, & aspersum supra incisiones Cucurbitularum ope factas, ad excitandos Apoplecticos, & Paralyticos egregium est.

Ex Allen, & Cartheuser .

ACetum Naribus per Siphunculum injectum plus excitat, quam Spiritus volatilissimus Alchalinus. Hoc ego pluries expertus sum cum admiratione Medici, & plurium Chirurgorum, post frustraneum usum Spiritus Salis Ammoniaci, Olei Succini, & nonnullorum aliorum tentaminum.

*In Paralyfi .**Animadversiones in inunctionibus .*

Inunctiones in Paralyfi cum valida frictione usurpentur ad partem primario affectam: nequaquam vero ad secundario patientem.

Partis autem affectæ dignotio ex Anatome desumitur, in qua Nervorum origines, & insertiones docentur.

Si enim pars faciei dextera, vel sinistra resolvatur, reliquis partibus illæis, Cerebrum tantum afficitur secundum eam partem, a qua Nervi ad partes eas deferuntur.

Si vero partes Capiti subjectæ una cum facie lædantur, Spina dorsæ, & Cerebrum afficiuntur: & si partes subjectæ lædantur, Facie illæsa, in sola Spina vitium consistit.

Et quidem in principio illius, si omnes simul lædantur; si vero dimidia pars corporis paralytica sit, dimidia tantum Spinæ portio obsidetur.

Cruribus resolutis, affectio est circa finem Spinalis medullæ juxta Vertebras Ossis Sacri.

Sic in cæteris inquirendus est locus, quo Nervi exoriuntur, qui ad partem paralyticam deferuntur. Hæc a Riverio.

Ex Chesneau .

Nil potentius est in affectibus paralyticis (experientia teste) ad discutiendum humorem aliquem in vertebrae Lumborum, vel in Musculis concretum, quam Oleum Philosophorum, & Oleum Terebinthinæ, quod exit a retorta Chymica post spiritum, aureique est coloris; quod ego interpretor esse debere Oleum, quod dicitur Æthereum, deinde rectificatum pro re tutiore.

Ex Cratone .

℞. Saponis Veneti lib. ss.
Olei Baccarum Juniperi unc. j.

N n

Pul.

Pul. Sem. Erucae drachm. vj.
M. fiat Unguentum.

Ex Boerhaavio.

Cum Oleo Succini rectificato illitus, & affricus multum juvat ad contracta membra, paralytica, debilitata, & torpida sananda.

Mefus.

Oleum de Euphorbio satis commendat Author in crassis humoribus incidentis, in tremulis, convulsis, stupidis, in cæterisque Nervorum morbis a frigore oriundis.

Authoris.

- ℞. Ol. Lumbricorum,
Spiritus Vini, seu Aq. Reg. Hung. an. unc. j. ℥.
Olei ætheri Terebinth. unc. ij.
Spiritus Salis Ammoniaci drachm. iij.
M. Sed prius simul in vitro rite claudigerantur, vas sæpe sæpius agitando, pro usu.

Ex Sennerto.

- ℞. Galbaneti lib. j.
Spiritus Terebinthinæ lib. ij.
Olei essentialis Lavendulæ unc. iij.
Indantur retortulæ, & s. a. fiat distillatio.

Mirabiliter juvat inunctum Occipiti, & Cerebro tanquam origini nervorum; nec non membris omnibus paralyticis, & aridis (præmissis tamen universalibus) multum prodest, si in hoc spiritu panni lintei madefacti iis apponantur: brevi enim tempore miram spectabis operationem, ac felicem restitutionem; quia omnes Nervos penetrat, ac roborat, quod in hoc morbo maxime requiritur. Anodynum quoque est, & dissolvens. Omnis cæteris, quæ omnibus Professoribus haud ignota sunt.

Cnoffellii.

- ℞. Lumb. terr. pp. & pul.
Baccar. Juniperi,
Sem. Erucae an. unc. j.
Rad. Angelicæ,
Pyrethri, & Ari an. unc. ℥.
Florum Lavendulæ siccæ,
Salviæ, Rosismar. an. drachm. ij. ℥.
Piperis albi, & nigri an. scrup. jv. ℥.
Mastiches, Myrrhæ,
Succini flavi s. p.
Castorei Moscovit. Euphorbii an. drachm. j. ℥.
Infundantur omnia s. a. pp. in Spiritu Vini lib. ij. quæ sint dephlegmatissimæ, & fiat s. a. Tinctura, cujus facultates, & usus sunt:

Ante, & post paroxysmum propinetur, atque prope novilunium, & plenilunium repetatur. Epilepsiam, & passionem hystericaam integre, & miraculi instar eradicat. Dosis est scrup. ij. in aq. Ceraforum nigrorum, vel Julapio aliquo

quo Cephalico. Externe vero non datur magis præstans anodynum ad quoscunque dolores abigendos; ac partem aliquam corporis demortuam ab Apoplexiæ invasione mirabiliter revivificat; concretiones, humores omnes resolvit, & cætera mirabilia præstat, si adhibeatur pro fotu parti affectæ.

Cordiale externum Cordis regioni, & Stomacho admovendum pluries mihi probatum, & a Fullero dictum nobile remedium eximie confortans, calefaciens, & corroborans.

℞. Vini rubri generosioris lib. j.
 Spiritus Vini, Aceti an. unc. vj.
 Absinthii, Menthæ recent. an. manip. ss.
 Rad. Bistortæ unc. ss.
 Corticum Granator. drachm. ij.
 Macis, Caryophyllor. Nucistæ,
 Cinnamomi opt. an. drachm. j.
 Theriacæ opt. drachm. jv.

Contusis quæ sunt contundenda, simul macerentur in B. M. per horas duas in vase rite clauso. Colatura usurpetur ferventissima pro usu dicto.

In Podicis Rhagadibus, & in ejus rimis, seu scissuris.

Ex Mynsicht.

℞. Olei Violacei unc. v.
 Butyri non saliti unc. iij.
 Mucilaginis Tragacanthi.
 Sem. Cydonior. an. unc. j. ss.
 Sacchari rubri unc. j.
 M. pro Enemate, quod mirum est.

Ex Praxi.

℞. Aquæ flor. Sambuci unc. ij.
 Lapidis infernalis rasi scrup. j.
 M. pro usu externo.

Turunda Michaelis in Rhagadibus, & Ani scissuris.

℞. Emplastri de Cerussa unc. ss.
 Camphoræ gr. jv.
 M. & cum sufficiente quantitate Unguenti rosati, & pomati, necnon cum Oleo rosato fiat, lege artis, turunda: obliniatur, & indatur in Anum.

Ad Variolarum, & Morbillovum ruborem, necnon ad Cicatrices delendas.

Ex Schrodero.

EXtrinfecus usus Spermatis Ceti pro linimento cicatricum, exanthematum cavitates replet.

Ad ruborem.

- ℞. Olei Amygd. dulc. s. i. recent. parati unc. j.
Spermatis Ceti drachm. ij.
Magisterii Bismuthi drachm. j.
M. & inferviat pro linimento.

Auctoris.

- ℞. Pinguedinis humanæ,
Olei Vitell. Ovorum an. unc. ff.
Essentialis Lavendulæ drachm. j.
M. pro usu.

Ex Schrodero.

Oleum Olibani instar illius Myrrhæ per deliquium factum summopere prodest ad maculas abstergendas, cavitatesque cicatricum explanandas.

Tandem intunctiones suilli Lardi cicatrices Variolarum, & Morbillorum eleganter replent.

*In Rachitide.**Ex Boerhaavio.*

Vestimentum sit accommodate siccum; gestatio, concussio, oscillatio, vestio sit in Rheda; frictiones multæ; cum pannis fumo Aromatum perfusis ex natura calida, & sicca, maxime ad Abdomen, & Spinam.

- ℞. Cerati Diapalmæ unc. ff.

Oxycrocei drachm. ij.

Olei distill. Succini gutt. xij.

M. Ad Dorsi dolorem, & debilitatem Spinalis Medullæ, obstructionem, & alia hujuscensus. Puerulis Rachitide laborantibus (oblonga figura) ab Occipite usque ad Os Sacrum adhibeatur.

- ℞. Urinæ hominis sani,
Vini opt. moschatell.
Ol. e pedibus Bovis an. unc. ij.
Spermatis Ceti drachm. ij.
Macis drachm. j.

M. Coque ad uncias quatuor, & coletur.

Ad Rachitidem quidam hoc habuit pro secreto, quo Spinam Dorsi, ab Occipite incipiendo, atque deinceps successive descendendo, conficere solebat.

- ℞. Flor. Sambuci,
Majoranæ, Salviz,
Rorismarini, Betonicæ,
Summit. Lavendulæ an. man. ij.
Baccar. Lauri, & Juniperi an. unc. j.

Contundenda contundantur, & in vase terreo cum Butyri majalis, vel ejus defectu

Medullæ bubul.

Ol. Lumbricor terr. an. unc. viij.

Aquæ vitæ unc. viij.

Lente coquantur ad Aquæ vitæ consumptionem : expressioni ad-
huc calenti adde
Ol. Nucis moschat. unc. ff.
Balsami Peruviani drachm. j.
Fiat Unguentum odorum pro usu.

*Linimentum aperitivum per aliquot dies, quo Sydenhamius plures
Rachiticos liberasse fatetur.*

℞. Olei Lilior. albor.
Tamarisci an. anc. ij.
Succi rad. Bryoniæ,
Apii an. unc. j.
M. Bulliant ad succorum consumptionem, addendo
Ung. de Arthanita min.
Butyri infulsi an. unc. j.
Gummi Ammoniaci in aceto soluti drachm. ff.
Ceræ flavæ q. s. pro usu.

A doctissimis Glissonio, & Mayovv non pauca præsidia Chirurgica habentur
ad Rachitidem.

Pulvis Cardinalis Pallotæ.

UT Cortex Peruvianus febres quascunque periodice recurrentes profligare in-
fallibiliter solet, sic remedium hocce internum, quod pro Coronide hu-
jus miscellanæ propono, & Pleuritides, & Peripneumonias quascunque ullo ab-
sque dubio jugulat; nullus enim adhuc (testimonium perhibente Thoma Don-
zelli in quarta parte Theatri Pharmaceutici Doctoris Josephi ejus Patris) Pleu-
riticus, vel Peripneumonicus interit hoc adhibito remedio: quapropter, ut illi
Specifici nomen jure tribuitur, ita & huic tribuendum affirmo. Sic præfatus
Auctor de tali remedio, ac ejus proprietatibus, & usu loquitur.

℞. Aristolochiæ utriusque,
Bistortæ, Gentianæ, Carlinæ,
Tormentillæ, Dictamni cretici,
Baccarum Lauri, Boli arm. or.
Rheu. Pontici, Herbæ Cardui benedicti,
Terræ lemnæ veræ,
Sem. Anisorum, & Mastiches an. unc. j. ff.
Pyrethri, Rhabbarbari opt. & Croci an. drachm. iij.
M. Fiat f. a. Pulvis subtilissimus, & in vase optime clauso as-
servetur.

Facultas, & Usus.

Appropriatum remedium est hic Pulvis contra Pleuritidem, Peripneumoniam,
cæterasque inflammationes, multorum annorum serie probatum; experien-
tia namque nullum Pleuriticum, quod sciamus, hujus pulveris exhibitione peri-
nisse, compertum est; Sanguinis enim acorem corrigit, effusum, vel coagula-
tum sanguinem resolvit, in grumos coagmentatum dissolvit, fluxilem reddit,
& in naturæ gratiam redire facit, ipsum etiam in circulum adigit febrilem,
demulcet ardorem, & dolorem exanimantem compescit. Est adeo probatum, &
infallibile remedium, ut nullam Medico famam pariat: nam medicæ artis igna-
ri sputum citra sanguinis tincturam observantes, Pleuritidem, Peripneumoniam,
& alias internas inflammationes non fuisse existimant. Dosis ad drachmam i-
Sumi

Sumi potest quatuor horis ante, vel post cibum in jure pulli, vel Syrupo de Papavere Rhœade, vel Cardui benedicti.

Ad Ulcera callosa erodenda, & exsiccanda.

Mumia mineralis efficacissimum remedium Chirurgicum est: antiveneris unguentis etiam permiscetur: callosa ulcera absumit erodendo, ac exsiccando. Hæc apud Professores Chirurgicos fuit summæ efficaciz medicamentum, uti legimus apud M. Belloste, & Scazzani, necnon apud Franciscum Verati Medicum, qui in Chemicis remediis versatissimus, ac eruditione ornatissimus fuit, quomodo ex multis ejus remediis apud nonnullos Authores, & Professores nobis notos constat.

Aqua pariter ab eo Præstantissimo Viro Mumialis dicta habetur. Ipse parabat illam abluendo mineralem Mumiam, & hanc aquam pro elegantissimo remedio adhibebat ad Ulcera antiqua, speciatim gallica, etiam ruinosa, in filamentis lineis receptam, & Ulceribus admotam, & sic quotidie, prout opus erat. Ab illo citius, & tutius Ulcera dicta curabantur, si per hebdomadas binas Patientens prius sumpsisset omni mane Cyathum sequentis Vini medicati. Sed hoc Chirurgus sine consilio Medici Physici præscribere non debet:

℞. Vini generosioris lib. viij.

Salsæ parillæ el. ac pp.

Ligni Guajaci rasi,

Polipodii querc. incis.

Folior. Sennæ mund. an. unc. j. ss.

Omnia in vase vitreo excipiantur, & s. a. per B. M. fiat digestio horis xxiv. Dicta Cyathi dosis mane sumpta benigne, & sine ventris perturbatione purgat humores corrigit, & exsiccat: in pituitosis, & humidi temperamenti potius convenit, quam in iis biliosæ constitutionis; in quo casu auferri debet Guajacum, & ejus loco Rad. Chinæ dulcis substitui potest. Quod tantum animadvertendum suadeo, non propono, quia me nimis inexpertum cognosco: hanc tamen admonitionem, ni fallor, mihi legisse videor in Hoffmanno, necnon in Fullero in quodam exsiccativo delecto Lignorum.

Suppurantia in Tumoribus.

Lac bubulum, in quo dissolutus, & coctus sit Venetus Sapo.

Aliud fortius.

℞. Diaehylon. simpl. unc. ij.

Fermenti unc. j.

Olei Amygd. dulc. unc. semis.

M. ut ars docet, & parti suppurandæ admoveatur.

Ad Tumores aperiendos sine instrumento incidente. Scazzani.

℞. Fermenti unc. ss.

Salis com. pul. unc. j.

Aceti fortis q. f.

Cantharides n. jv. s. p.

M. & fiat puls, de qua drachma semis tumori aperiendo adpetetur.

Ad

Ad ulcera detergenda.

℞. Terebinthinæ Venetæ unc. ij.
Mellis communis unc. j.
M. ad usum externum.

Ad Cancros ulceratos, necnon ad Herpetes exedentes. Sancaffani.

CAlx viva pul. per octo, vel decem vices cum aqua fontis dulcificata, & abluta, deinde exsiccata, & pulverifata, & supra Cancrum, & Herpetem corrosivum longo temporis spatio aspersa, valde proficua a laudatissimo, ac experientissimo Authore celebratur.

Ad Gangrænas. Sancaffani.

℞. Aquæ Calcis recenter paratæ q. v.
Mercurii dulcis sub. pul. q. i.
Spiritus Vini ad libitum:
M. Vel
Hominis sani Urina, in qua solutum sit
Sal Ammonicum, pro fotu.

Si ortum Gangræna habuerit a gelu, perfricationibus in membro gelato cum nive uti, praxis nos docet, & per os Theriaca exhibenda est cum Vino ad sudorem conciliandum: aliquantulum deinde vivificata parte, fiat transitus iterum ad novas perfricationes blandas cum Oleo Amygdalarum dulcium s. j. recenter parato, vel ad fotus cum Lacte, in quo decoctus sit Rosmarinus.

De Unguentorum magis usualium proprietate, necnon de Ceratis, Emplastris, Balsamis nonnullis, Oleis, Aquis, Collyriis, Tincturis &c. quæ a Pharmacopolis in promptu semper servantur, & custodiuntur.

Unguentum de Alabaistro, vel Alabastrinum.

LIvres, & Contusiones a percussionibus resolvit, ac aufert, dolores capitis essentielles mirabiliter tollit, symptomaticos interdum modificat, uti nos pluries experti sumus: temporibus admoveatur; fronti, vel sincipiti, & stomacho, si animus sit roborandi, applicetur.

Unguentum album, seu Unguentum Pauli, vel de Cerussa.

Ulcerum ardores modificat, excoriationibus cicatricem inducit, confert cocturis ignis; & ut aptius agat, Dosis Cerussæ augeatur, e. g. ad singulam unguenti unciam addantur Cerussæ drachmæ duæ: tandem validius erit, si in Oleo Amygdalino Unguentum album confectum erit, & sine fœtore.

Unguentum Ægyptiacum, seu Melleum.

Deterfivum est: eo utimur magis in ulceribus putridis, antiquis, sinuosis,

sis, fistulosis, carnem excrecentem, & fere mortuam exedit, & consumit.

Unguentum Apostolorum, ita appellatum quia ex duodecim ingredientibus compositum.

Vulnera, Ulceraque efficaciter mundificat, callositates sensim absumit, & separam; carnis generationem a nonnullis promovere dicitur.

Unguentum de Arthanita majus.

Vomitum excitat stomacho admotum, hypogastrico alvum dejicit, hydropicis summopere confert; Vermes occidit, & educit. Eo utimur potius in Ægrotantibus illis remedia recusantibus interna.

Unguentum de Arthanita minus.

Tumores Mamillarum, Splenis, & Hepatis obstructiones, durities aliarum partium mollit, dissolvit; scyrrhis prodest, strumas resolvit: id efficacius semper redegit cum additione ad singulam unciam unius drachmæ Nicotianæ s. p. & ultra, eoque usus sum majori cum laude, quam sine Nicotiana.

Unguentum Basilicon.

Ulcera pudendarum partium, necnon nervosarum, & membranarum speciatim, & blande detergit, & carne replet.

Unguentum de Betonica Berengavii, dictum de Matrisilva.

Vulnerarium est, & magis corroborans, quam Balsamum Arcaei, quo cum analogiam habet. Eo Chirurgi utebantur antiquis in vulneribus capitis: abitergit, & consolidat, tandem vulnus carne replet.

Unguentum de Calce.

Ad ambusta ex quavis causa confert: ad pruritus, & ad antiqua tiliarum ulcera, prius absterfa, prodest, dulcificando, & absorbendo; cicatricem tandem inducit: eo uti possumus meliori cum successu, quam illo de Lithargyrio, & de Cerussa.

Unguentum de Calce Jo. de Vico.

Validius dicitur esse ad effectus eosdem consequendos, quam illud de Calce simplici.

Unguentum de Comissia.

Mensium profluvia compescit, laxatos renes roborat, abortum prohibet, & præcavet, hæmorrhoides nimium fluentes sistit, partibus convenientibus admotum.

Unguentum Digestivum magistrale.

Vulnerarium, & Digestivum est, disponit vulnus ad suppurationem, & ulcera. Hoc longiori tempore durat, quam Digestivum liquidum ex Terebinthina, Vitellis ovorum, & rosæceo Oleo factum.

Unguentum Digestivum liquidum Galeni.

Hoc actu conficitur, ut dictum est, & eodem præstat effectus: ulterius commoditati est pro filamentis, & penicillis in eo intingendis, & in Vulnere introducendis.

Unguentum Dialtheæ simplex Nicolai.

Durities emollit, digerit, suppurationem promovet, sæpe etiam resolvit.

Unguentum Infrigidans Galeni.

Valenter refrigerat, renum ardorem tollit: refrigerium confert febribus ardentibus, & Cephalalgæ pulsanti temporibus admotum.

Unguentum de Minio, sive de Sandice.

Ulceribus cicatrice obducendis admodum opitulatur; potenter exsiccat: eo utimur in igne sacro feliciter, & ulceribus exedentibus auxilio est: cicatricat tandem ulcera. Ad singulam Unguenti Minii ego addere soleo drachmas duas Minii, quia Dosis Minii parva est ob grave pondus suum, & parvam ejus molem. Adde, id cito rancidum evadere.

Unguentum Populeum Nicolai Salernitani.

Contra morborum calorem eo utimur: temporibus illitum somnum conciliat, & capitis dolores compescit, fronti & calvariz; deliria in febribus malignis modificat; hæmorrhoidum dolores attemperat: redundantiam lactis in mammis absumit; valet ad ambusta.

Unguentum Rosatum Mesue.

Anodynum est, dolores lenit, & patulas reddit solidas partes: herpes sedat: ardores, ac renum dolores attemperat, necnon hæmorrhoidum molestias moderat: cui ego semper adderem terram nucerinam, vel cancerorum oculos præparatos ad drachmas tres pro qualibet uncia.

Unguentum Rosatum Malvinum.

Eodem effectus præstat Unguenti Rosati, sed efficacius. Veneti Professores frequenter eo utuntur.

Unguentum de succis Arantii.

In Ulceribus depascentibus, phagedænicis, inflammati feliciter adhibetur, sicuti ad ambusta.

Unguentum Resinum Sarcoticum.

Cava Ulcera carne replet: digestivum est: fluentem materiam Ulcerum condensat,

Unguentum Saturninum, sive de Plumbo.

Valde efficax est in Ulceribus pus tenue fluentibus, uti in vitiis glandulosis: exsiccat carnem humidam, reprimat, resurgat.

Unguentum ad Strumas Barbette.

Ufus patet ex nomine.

Unguentum Diapompholygos, sive de Tutia.

Commendatur ad siccanda erysipelata: ulcera sordida purgat, & præcipue tibi-
biarum sanat, & carne replet, & ad cicatricem perducit.

Unguentum Damascenum.

Efficaciter detergit; fungosam, & superfluum carnem absumit.

Unguentum Gratia Dei.

Contusionibus mirum in modum medetur; carnem solidat, & ad pristinum restituit; mirabile dicitur in Ulceribus.

Unguentum de Cera, vulgo Unguentum Hippocratis dictum.

Resolvit contusas partes; calorem reprimat, dolorem lenit.

Unguentum de Staphysa, grævia Manlii.

Eo ad Pediculos enecandos utimur.

Unguentum Mercuriale Antidotarii Bononiensis.

Dolores celticos corripit, & pediculos nidulantes in inguine occidit: Serpiginem, & Tineam incipientem curat, ut nos pluries experti sumus.

Unguentum Mercuriale Sydenhamii.

Ad eisdem effectus consequendos validius, & efficacius est. Eo utimur in-
fectionibus Mercurialibus ad omnimodam Luem Veneream extirpandam, si rite paratum fuerit, & manu, atque consilio experti Professoris directum.

Unguenta Balsamica.

Balsamum Arcæsi.

Feliciter usurpatur in Capitis vulneribus: Nervos consolidat, & articulos in eorum indispositionibus, & luxationibus.

Balsamum Eocatteli.

Detergit, ulcera consolidat, nervos fortificat. Interne a nonnullis adhibetur ad ulcuscula Pulmonum tergendâ, & consolidanda.

Linimenta.

Linimentum Saturninum.

AD Herpetes, Erysipelata, & Ulcera depascentia commode exhibetur: anodynum est: ardorem, pruritum, doloremque in Ulceribus semper pacat. Adaugere soleo Saturni usi dosem, ut efficacius sit, ad duplum pondus.

Linimentum de Spermate Ceti.

Mamillarum durities emollit, Lac grumefactum dissolvit, & Glandulis obstructis, necnon inflammatis prodest.

Linimentum Saturni, sive Butyrum Saturni.

Ad cutis pruritus, & erosiones satis valet; sicuti etiam hæmorrhoidibus sumopere prodest, & impetiginibus.

Butyrum Cere.

Efficaciter tumores frigidos, & præcipue articulorum, & eorum dolores resolvit: in Paralyti adhibetur, & in contracturis articulorum: vitii membranarum prodest, scissuras Mammarum, & Labiorum cito sanat, ac incipientes perniones dissolvit: ischiadicis affectionibus medetur. Nonnulli Cere Butyrum anteponunt Oleo Cere rectificato.

Emplaftra.

Emplastrum de Crusta Panis, Montagnana.

Valde utile est ad Vomitum sistendum, & iis, qui cibum retinere nequeunt, auxilium confert validum.

Emplastrum de Meliloto Mesue.

Visceribus obstructis omnibus, & duritiibus aliis externis auxilium confert emolliendo, & leniter resolvendo.

Emplastrum de Cicuta.

Obstructum Lienem, ejusque duritiem emollit, ac dissolvit, necnon Strumas, & aliarum Glandularum vitia.

Emplastrum da Baccis Lauri.

Dolores Intestinorum, Hepatis, Ventriculique, & aliorum Viscerum a flatibus ortos discutit, ac dissolvit.

Cataplasmata.

Cataplasma de Nido Hirundinis.

AD resolvendam Anginam ab Antiquis commendatum fuit.

Cataplasma ad plantas pedum.

In soporosis affectibus ut plurimum pro stimulo eo utimur.

Sinapismus.

Revellit, ac partes resolutas excitat: Ischiadi prodest, Arthritidi, & Hemiplegiæ medetur, necnon Lethargo a causa lymphatica producto.

Pasta Vesicatoria.

Patet ex nomine effectus.

De Ceratis.

Ceratum Diapalma Galeni.

Humorum affluxum cohibet; adstringit; quo cum vulnerum labia uniantur: ab aere recentes cicatrices corroborando defendit, ut perfecte convalidentur.

Ceratum de Cerussa, album dictum.

Cutis productionem accelerat: exsiccatur, refrigeratur: defensivum est.

Ceratum de Minio.

Ulcerata Tibiarum ad cicatricem conducit.

Ceratum Norimbergense.

Nervosas partes roborat, tumores resolvit, ulcera exsiccatur, & ad cicatricem reducit.

Ceratum spavadrappum, sive pro fonticulis.

Attrahit, parumque odores cohibet.

Ceratum Manus Dei, Codicis Parisiensis, & Ceratum Gratia Dei, quod ad usum eisdem inservit, hæc nomina habent ab excellentia.

Mollitiva, resolutiva, deterfiva, mundificativa sunt: corroborant ulterius, & exsiccant: tumoribus, contusionibus, necnon ulceribus cujuscumque generis medentur: Fistulas lacrymales longo usu curant, ut nobis constat.

Ceratum Sacrum.

Prodest, & medetur ulceribus cruentis recenter factis, nervorumque præcisionibus, Ulceribus depascentibus, Contusionibus, Parotidibus, Carbunculis, ac duritiibus.

Ceratum Barbarum.

Cruentis Ulceribus utile est, præcipue sutura conjunctis; fracturisque ad calum obducendum gluten refovet.

Ceratum de Ranis cum Mercurio.

Artuum dolores ex Lue Venerea ortos lenit; strumosos tumores ab eadem causa productos mollit, ac resolvit.

Paratur aliquando Ceratum hocce sine Mercurio; multoties cum dupla, tripla, quadrupla doli Mercurii.

Ceratum Viperinum.

Tumores duros, & Tophos quoscunque emollit, resolvit, discutit.

Ceratum Diachylon Mesue, vulgo Ceratum Molliticum.

Emollit Tumores, ac maturat; vulnera conglutinat.

Ceratum Diachylon cum Gummi.

Eisdem præstat effectus, sed efficacius, & promptius, necnon digerit, & resolvit.

Ceratum de Mucilagibus.

Emollit, maturat, resolvit durities omnes.

Ceratum Oxyroceum.

Ossium fracturis, ac doloribus levamen affert.

Ceratum de Pelle Arietina.

Peritonæo relaxato, Omento, & Intestinatorum Herniis, Umbilicoque protuberanti, ac male conformato, & laxato maxime prodest, ac tonum adauget solidis partibus.

Ceratum Vesicatorium.

Nomen habet ab effectu.

De Oleis nonnullis tum per expressionem, tum per macerationem, necnon per distillationem ad usum Chirurgicum.

Oleum Absinthii Romani.

Difcutit, resolvit: obstructionibus prodest; lumbricos occidit; Ventriculi imbecillitati prodest, & doloribus.

Oleum

Oleum Amygdalarum dulcium.

Gutturis asperitates mollit, ac pacat; Pulmones lenit, & quascunque alias partes: per injectionem inflammationibus Vulvæ, & partibus ad vias urinæ spectantibus medetur.

Oleum Amygdalarum amararum.

Ad strangulatus, & durities partium pudendarum Mulierum levamen affert: flatus discutit, & multum surditatis initio prodest.

Oleum Anethinum.

Digestivum est, dolores solvit, ac lenit: Spina Dorsi hoc oleo illita ante paroxysmum febrilis rigor impeditur: plegmones resolvit: somnum conciliat; & dolorem capitis mitigat.

Oleum Anisorum distillatum essentiale.

Omentum curat, flatus discutit, ac cruditates dissolvit: Pectoris angustiis, Vomituque succurrit: menses Mulieribus ciet; oris factorem corrigit.

Oleum Avellanarum.

Valde confert doloribus Nervorum, ac Articulorum: efficacissimum est adversus venena, & venenosos morsus.

Oleum Cydoniorum.

Ex eo illitus stomachum corroborat; fluxus Alvi sistit tum per os, tum per Clysterem sumptum.

Oleum Cucurbitæ.

Extrema inunctione egregium est antipleuriticum.

Oleum florum Chamæmeli.

Universis partibus nervosis succurrit, & robur affert: dolores lenit, & dissolvit.

Oleum Balsaminæ, sive de Charantiis, sive de Momordica.

Valet ad Podagræ, Mamillarum, & totius corporis dolores, si loca dolore detenta inungantur: ad hæmorrhoides dolentes præcipuum est præsidium.

Oleum Capparum, vel de Capparibus.

Obstructiones referat Lienis; Ictero prodest; & inflationibus infimi Ventris, dolori, omnique ejus frigidæ ægritudini convenit.

Oleum de Castoreo compositum.

Tremori, Tetano, doloribus nervorum, articulorum, vehementissimisque febrium rigoribus, spinæ illitum prodest: doloribus hysteriis medetur.

Oleum

Oleum de Castoreo simplex.

Idem præstat, quod compositum, sed non tanta efficacia.

Oleum Caryophyllorum distillatum, sive essentielle.

Ferventissimum est, ac pene causticum: in morbis frigidissimis ad inertiam spirituum fuscitandam, facultatesque vitales recreandas efficax habetur: spinæ illitum rigores febriles cohibet.

Oleum Hyperici.

Lenit dolores partium nervosarum, præcipue incisarum: vulnerarium est, ac agglutinans.

Oleum Hyperici compositum.

Idem præstat, quod simplex, sed valentius.

Oleum Laurinum.

Ad Cerebri, Nervorum, Articulorum, & Stomachi affectus valet: discutiens, & resolvens est in Clysteribus; affectibusque frigidis mirum in modum confert.

Oleum Ligni Sancti, sive de Guajaco distillatum.

Ad Ulcera, Dolores, Tumoresque a causa gallica ortos commendatur.

Oleum Euphorbii.

Fortiter obstruit Lienis, & Hepatis obstructions: quascunque Capitis affectiones tum Nervorum, tum Articulorum solvit.

Oleum e Nuce Ben.

Maculas Variolarum disperdit; lentigines, ac cicatrices delet; Surditatem curat, & Ani dolores resolvit.

Oleum ex Karabe, sive de Succino distillatum.

Nervis, & attonito morbo succurrit: Paralyticis, Hystericis, Apoplecticis, & Epilepticis prodest tum intrinsecus, tum extrinsecus exhibitum: Uteri præfocioni mirabile: Aeri corrupto resistit.

Oleum Mastichinum.

Cerebrum, Nervos, & Ventriculum roborat.

Oleum Lumbricorum.

Ambustis prodest: Obstructions referat: Icterus curat; & Nervis male affectis utilissimum est.

Oleum Liliorum alborum, necnon Violarum lutearum dictum Cheirinum.

Digestiva, ac concoquentia sunt, & resolventia: attemperant ob id dolores Thoracis, Renum, Nervorum, Uterique.

Oleum Seminum Lini.

Spasmo Nervorum, ac Intestinatorum duritiei, Hæmorrhoidibus, Sedis inflammationibus, & Renibus confert; adhuc etiam Colicis, Uterinis, ac Pleuriticis doloribus illitum, vel potum succurrit.

Oleum de Lateribus, sive Philosophorum.

Calefacit, resolvit, penetrat, digerit materias omnes excrementitias: prodest Epilepsiæ, Paralyti, Vertigini, oblivioni: Lienis, Renum, Vesicæ, Uteri, Nervorum, Articulorum omnium, & ischiadis doloribus frigidis mirum in modum opitulatur.

Oleum Nenupharis albi.

Idem præstat, quod Oleum Violatum, sed magis hoc refrigerat; minus ideo efficax, quam illud Papaveris seminum.

Oleum Nervinum.

Contractiones Nervorum, ac dolores Articulorum juvat.

Oleum Apparitiæ de Zubia, vulgo della Spagnuola.

Vulnerarium efficacissimum est eximiis viribus donatum: recentia vulnera conglutinat, vetera carne replet; & ad cicatricem ducit: prodest contusionibus cujuscunque generis.

Oleum Ruta.

Attenuans, & digestivum est: Renum, & Vesicæ doloribus medetur: flatu discutit, & solvit.

Oleum Rosatum.

Anodynum est, & emolliens: Nervis confert; & etiam in Clysteribus usurpatur.

Oleum Violatum.

Refrigerat, inflammationum æstum attemperat, anodynum est: pleuriticos dolores sedat. In Clysteribus pariter adhibetur.

Oleum Scorpionum simplex.

Doloribus renalibus prodest: illitum Lumbis, Pubi, & Peritonæo urinam movet.

Oleum Saxi, sive Petroleum, sive Naphtha.

Efficaciter resolvit, digerit, humores fundit, ac solvit: affectiones ischiadicæ

Particularis.

257

cas curat tenuitate sua, ac omnes frigidas affectiones: doloribus confert frigidis.

Oleum ex Visellis Ozorum.

Molestis Hæmorrhoidibus, Aurium, & Ani doloribus prodest, & eos sanat. Ambustis, Cicatricibus Variolarum, aliis cutaneis affectibus, omnibusque doloribus, & vulneribus medetur.

Oleum Tartari, seu Liquamen Tartari.

Faciem detergit, & ejus quæcunque dehonestamenta, & maculas.

Oleum Vulpinum.

Ad Podagram, nec non ad omnes Arthritidis species, ad dorsi etiam, ac renum dolores utilissimum est.

Oleum Nucis juglandis.

Ursurpatur in Colicis, in doloribus Mulierum Puerperarum: resolvens est, & Nervos roborat.

Oleum de Cherva, five Oleum Ricinum.

Prodest Ploris, & aliis Capitis ulceribus, sedis inflammationibus, aurium doloribus, & Vulvis, quæ occlusæ, conversæque præfociones suscitant.

De Aquis Chirurgicis, & Collyriis.

Aqua Calcis.

Alcalica est: Acidos Sales dulcificat, exsiccat, absorbet: Ulceribus prodest, ac Herpetibus.

Aqua Phagedenica.

Fungosam in antiquis, & fordidis Ulceribus carnem consumit.

Aqua Aluminosa Fallopii.

Exsiccat, eradicat ulcera, pustulas, aphthas, atque thymos gallicos; ejusque aliæ vires sunt Lippis, & Tonforibus notæ.

Collyrium album, five Sief.

Lippitudinibus, & oculorum ulcusculis prodest.

Collyrium album cum Tutia.

Oculorum ardoribus, & pustulis confert, iis præcipue, qui nullam mordacitatem ferre possunt.

Collyrium Catharticum, sive Lanfranci.

Ad ulcuscula, potissimum venerea, in faucibus exsiccanda.

Collyrium Sanctorii.

Acres humores ad oculos affluentes involvit, ac contemperat.

Collyrium album sine Opio.

Oculorum ardori.

Collyrium de Vitriolo.

Oculorum Pterygion, ac Fistulas quoque consumit.

Collyrium Citrinum.

Efficax anodynum ad quoslibet oculorum dolores, & eorum exulcerationes.

Collyrium ex Fellibus Animalium.

Valde obstructionibus Nervi Optici, sive Gutta serena confert, & eorum caliginosis fluxionibus, & Cataractis incipientibus.

De Tincturis, & Solutionibus.

Tinctura Lacca, Boerhaave.

AD vitia scorbutica gingivarum, & oris, ac ad dentes consolidandos externa ablutio prodest.

Tinctura Lacca vulgaris.

Valet ad idem, sed mitior est.

Tinctura Lacca cum Spiritu Cochlearis.

Cum supradictis habet locum.

Tinctura Myrrhe.

Oris ulcera, ac Palati detergit, ac consolidat. Vulneraria est.

Tinctura Innocentiana, seu Balsamum Innocentianum.

Pro eximio habetur vulnerario, & consolidante.

Tinctura adstringens, seu Balsamum Gherli.

Ad Vulnerum glutinationem, & in hæmorrhagiis laudatur. Vide reformationem nostram retro, ut validior fit.

Tinctura Myrrha in spiritu vini facta.

Antiseptica est: Ulcera oris, ac palati detergit, & consolidat: Vermes in ulceribus necat.

Tinctura de Aloe in spiritu vini facta.

Vulneraria est insignis: consolidat, a corruptione defendit: Vermes occidit.

Tinctura de Euphorbio ut supra facta.

In Carie Ossium, & Nervorum puncturis prædicatur: Ego quidem Euphorbio pulverisato, & inperlo uterer.

Tinctura Aurea stiptica.

Enormes hæmorrhagias sistit, uti in nostro tractatulo Chirurgico &c. ad quem &c.

*De Trochiscis.**Trochisci Andronis.*

Ulceribus tum antiquis, tum recentibus conferunt: Fistulas, Ossa corrupta, Condylomata, Phagedena reprimunt, sanant.

Trochisci de Minio.

Iis utuntur ad fordida, & callosa ulcera mundificanda: Globuli rotundi, vel filamenta illis aspersa ora cauteriorum, fistularum quoque dilatant orificia.

Trochisci de Solano.

In Ulceribus Testiculorum, & Vesicæ cum injectionibus commixtis utuntur.

Trochisci Passionis.

Efficaciores sunt, quam illi Andronis

Reliqua ad Chirurgicam Artem pertinentia descripta reperiuntur in Tractatulo meo de Chirurgicis Medicaminibus per classes, & gradus distinctis, ad quem, si oportuerit, confugiatur.

Meum hunc qualemeumque laborem, cujus metam jam tetigi, hilari excipite animo, studiosissimi Juvenes: dabo in posterum, si unquam, ut spero, Diis placuerit, ut omnia faciam, aliquid aliud, quod vobis decus, & vestrorum ope egentibus majorem afferre queat utilitatem. Non aliam neque opto, ne-

que expecto laborum meorum mercedem, quam ut pari prosequamini affectu eum, qui vos omnes maximo affectu prosequitur. Valete.

Si, recte curante, a magnitudine Morbi superetur Æger, non culpa Medici est.
Hippocrat.

Vix, aut ne vix quidem ullum reperiri opus, in quo non aliquid culpetur: ut enim omnino perfecte, & sine errore quidquam facere, difficile est; sic contra quoque, etiamsi quid rite factum fuerit, difficile est, in imperitum pariter, ac iniquum non incidere iudicem.

Socrates apud Xenophontem lib. 2.

F I N I S.

SYLLABUS REMEDIORUM

Pharmacopœæ Chirurgicæ Particularis.

A Nimadvertio in Clysteribus.	Pag. 241
Clysterum Dotes.	<i>ibid.</i>
Clysteres & Injectiones.	<i>ibid.</i>
ad febres intermittentes.	<i>ibid.</i>
nutrientes.	242
Uterini, seu Injectiones.	243
in Fluoribus.	<i>ibid.</i>
eluentes.	<i>ibid.</i>
ad provocanda menstrua.	<i>ibid.</i>
<i>ibid.</i>	<i>ibid.</i>
Curatio Vulnerum.	244
Adstringentia, & Repellentia.	<i>ibid.</i>
In amputationibus pro Sanguinis stagnatione.	<i>ibid.</i>
In Aneurysmate.	245
In Narium hæmorrhagia.	<i>ibid.</i>
In Uterinis hæmorrhagiis.	246
In hæmorrhoidum fluxu.	<i>ibid.</i>
In Tendinum puncturis, Nervorum &c.	<i>ibid.</i>
In Nervi vulnerati doloribus.	247
Ad dolores Oculorum vulneratorum.	<i>ibid.</i>
In Ossibus denudatis.	<i>ibid.</i>
Deobstruentia, Attenuantia cum emollientibus.	<i>ibid.</i>
Perniones resolventia.	248
In Ischiade.	<i>ibid.</i>
Contra morsum Canis rabidi, Viperarum &c.	249
Cancrorum præparationes in morsu Canis rabidi.	<i>ibid.</i>
Ad Scorpionum ictus.	250
In doloribus Venereis, & Arthriticis.	<i>ibid.</i>
In Œdemate pedum, & aliarum partium.	251
Resolvens mirabile.	<i>ibid.</i>
Lac abscedentia.	<i>ibid.</i>
augentia.	252
Si dolor vehemens sit in illis casibus.	<i>ibid.</i>
Ad Mamillarum duritiem, & ejus tumores.	<i>ibid.</i>
Sternutatoria, Errhina dicta.	<i>ibid.</i>
Exsiccantia.	253
Ad Gangrænas, & ad Sphacelum.	<i>ibid.</i>
Ad Fistulas.	254
In Angina.	255
Ad quoscumque Tumores aperiendos.	<i>ibid.</i>
Ad Tumores duros, & profundos.	256
Ad Cancrum apertum, nec non occultum.	<i>ibid.</i>
Dentifricia, & ad dentitionem Puerulis facilitandam &c.	257
Dentifricia antiscorbutica.	<i>ibid.</i>
In Scorbuto oris ruinoso.	258
Ad Alopeciam, seu ad Tineam.	259
Ad	

Ad Rapedinem, & ad claram vocem faciendam.	260
In cæca nephritis.	ibid.
stulenta.	ibid.
Lithonriptica.	261
Ad Cadaverum inflammationem, & quorumcumque Animalium.	ibid.
Liquores ad conservanda corpuscula.	262
In ebrietate, & narium hæmorrhagia.	263
Remedia Crinifica.	ibid.
Epistactica.	ibid.
In Pleuritidis punctura.	264
Remedium Authori dilectum purgans.	265
In capitis doloribus tum symptomat. tum idiopath.	ibid.
Ad vigilias, & dolores pulsátiles, & necnon ad delirium.	ibid.
Ad sedandum Capitis dolorem.	266
In dolore Capitis punctorio.	ibid.
In frigida Capitis intemperie, & Catarrhō.	ibid.
Sinapismus ad spiritus excitandos, & expandendos.	ibid.
Suppositoria in Tenesmo.	267
ad hæmorrhoides.	ibid.
Cordialia.	268
Acustica, seu auditum juvantia.	269
Methodus præscribendi Vinacearum fatus.	270
Ad hæmorrhoides protuberantes.	271
inflammatas.	ibid.
exulceratas.	272
Ad Mulieres ante Menstruationem difficilem.	ibid.
Ad affectiones hypocondriacas.	ibid.
Digestionem coadjuvantia.	273
In Herpetibus.	ibid.
Ad Ambuſiones.	274
In Gutta rosacea.	ibid.
Ad Impetigines.	ibid.
Ad Varos.	ibid.
Ad faciei dehoneſtamenta discutienda.	ibid.
Ad deformes Vulnerum Cicatrices.	ibid.
Ad inflammationes Papillarum, & Testiculorum.	275
In Contusionibus levibus, sive in Capite, sive in aliis corporis partibus.	ibid.
Ad Contusiones quascunque.	ibid.
Ad contracturas Nervorum, & Ligamentorum.	276
Ad Nervos roborandos.	ibid.
Anodyna.	ibid.
Ad Bronchocele.	277
In Ulceribus rebellibus.	ibid. & 278
Balsamum Samaritanum compositum.	ibid.
Ad Spinas Ventosas.	ibid.
Ad Aphthas.	ibid.
In Phthiriasi, seu ad enecandos Pediculos &c.	279
Ad Pediculos canerosos inguina incolentes.	ibid.
Purgantia externa.	280
In Fluore albo, in Lochiis, & Fluxibus immodicis.	ibid.
Ad soporosos excitandos.	281
Animadversiones in Paralyſi pro inunctionibus.	ibid.

Cordialia externa.	283
In Podicis Rhagadibus, & ejus rimis &c.	<i>ibid.</i>
Turunda ad idem.	<i>ibid.</i>
Ad Variolarum, & Morbillorum ruborem, necnon ad cicatrices delendas.	<i>ibid.</i>
In Rhachitide.	284
Pulvis Cardinalis Pallotta in Pleuritide.	285
Ad Ulcera callosa erodenda, & exsiccanda.	286
Suppurantia in Tumoribus.	<i>ibid.</i>
Ad Tumores aperiendos sine instrumento incidente.	<i>ibid.</i>
Ad Cancros ulceratos, necnon ad Herpetes excedentes.	287
Ad Gangrænas.	<i>ibid.</i>
De Unguentorum magis usualium proprietate, necnon de Ceratis, Emplastris, Balsamis, Oleis, Aquis, Collyriis, Tincturis &c.	<i>ibid.</i>
Tinctura Aurea stiptica. Vide in Tincturis in Indice de Dosibus.	
Tinctura adstringens, seu Balsamum Gherli. Vide in Indice sub Tinctur. vel Balsamis &c.	

